



- ◆ Trabajo realizado por el equipo de la Biblioteca Digital de la Fundación Universitaria San Pablo-CEU

sentencia metu lata valet, sed elidi potest per exceptionem: (xxv. q. j. c. « Omne quod ») (1). Ideo saltem venit irritanda et annullanda. Primum tamen istorum securius videtur et verius, cum a simili electio facta per metum nulla sit ipso jure; (ut c. « Quisquis », *De electione*) (2). Id namque quod per metum agitur, licet non sit ex toto involuntarium in casu, ut dicit beatus Thomas (3), in quantum videlicet quis agit aliquid ex causa ut vitet malum quod timet; coacta enim voluntas est voluntas, (c. « Merito », xv. q. j.): tamen quod per metum agitur non potest dici liberum, maxime ubi metus intervenit [*foxcxciii* v°] ex impressione potentis, cui comode resisti non potest nisi cum periculo; (ut c. « Hoc consultissimo » §. « Laici », *De rebus ecclesie non alienandis*, libro vj°) (4). Liberum nempe est quod suimet causa est, (ut dicitur in principio *methaphisice*) (5), seu quod alieno arbitrio non reservatur: (c. « Super eo », *De condicionibus appositis in desponsacione*) (6). Unde cum oporteat, secundum Cathonis sententiam, quod animus in consulendo sit liber (7), multo magis hoc exigitur in judicando, et presertim ubi de causis fidei agitur, in quibus debet quorumcumque hominum metus divino timori postponi: (c. « Ut officium », circa principium, *De he-*

Le canon « Si quandoque a sacerdotibus » (le greffier a omis les deux mots intermédiaires) est le premier de la question vi, cause xv; (p. 1349).

Le canon « Lotharius » est le quatrième de la question seconde, cause XXI; (p. 1959).

(1) C'est, à très peu de chose près, le texte de la *glose* de Jean André, y compris la citation du canon « Omne quod », qui est le huitième de la première question, cause xxv, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1781).

(2) Le chapitre « Quisquis » est le quarante-troisième du titre vi, au premier livre des *Décretales*; (p. 182).

L'argument de Bréhal est, comme il le dit lui-même dans le langage de l'École, un argument *a simili*. On peut en effet assimiler le jugement à une élection, puisqu'il s'agit du choix à faire entre diverses sentences. Or, l'élection faite par crainte est nulle de plein droit: « ipso jure irritam esse censemus », dit le texte allégué. Donc le jugement rendu par crainte l'est aussi.

(3) S. Thomas expose très clairement cette doctrine par des exemples; voir I. 2. q. vi. art. 6, in corp. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 48, col. 1. — Bréhal ne fait pas une citation: il reproduit seulement la pensée du saint Docteur.

(4) Le canon « Merito » est le premier de la question première, cause xv, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1331). C'est la *glose marginale* de ce canon qui dit: « coacta voluntas est voluntas ».

Le chapitre « Hoc consultissimo » est le deuxième du titre ix, au troisième livre du *Sexte*; (pp. 521-523). Il annule la soumission forcée des églises ou des biens ecclésiastiques à la puissance séculière.

(5) Ce principe d'Aristote, souvent cité par S. Thomas, se trouve lib. I *Metaphysicorum*, lect. III. C. — Voir S. Th. *Opera omnia* . . . tom. IV, p. 12, col. 1.

(6) Le chapitre « Super eo » est le cinquième du titre v, au quatrième livre des *Décretales*; (p. 1468).

(7) Bréhal n'indique pas de quel ouvrage il a tiré cette sentence de Caton. Nous avons été renseignés sur ce point par le mémoire de Thomas Basin. (M. Lanéry d'Arc: *Mémoires et consultations* . . . p. 192). On y lit ces paroles: « . . . juxta illud Marci Catonis in sua oratione quam recitat Sallustius in *Catilinaria* ». C'est en effet dans le *Bellum Catilinarium*, cap. LV, de Salluste, qu'on rencontre un discours de Caton, dans lequel il s'exprime ainsi: « Animus in consulendo liber, neque delicto, neque lubrico obnoxius ». *Œuvres*, tom. I, pp. 413-414.

reticis, libro vj°); et inquisitoribus eas prosequentibus debet expedita et inviolabilis adesse facultas, (*ibidem* §. « Denique ») (1).

Et hoc sufficiat de presenti capitulo.

SEXTUM CAPITULUM

De articulo falsitate, et corrupta eorum compositione (2).

Reperiuntur autem articuli, ad deliberandum seu qualificandum prelati et doctoribus hinc inde transmissi, in multis viciose et non fideliter recollecti seu compositi. Dissonant enim plurimum, si quis diligenter attendat, dictis et assertis Johanne: et hoc per ampliacionem ibi factam, per diminucionem, id est multorum substancialium callidam suppressionem, per verborum confusam transposicionem, per intencionis dictorum et assertorum sive sensus variacionem, perque superfluum et ineptam effusi sermonis protractionem. Sed, ut clarius ipsorum articulo defectus appareant, expedit discursive asserta per Johannam illis capitulis fideliter et diligenter comparare, sub tali tamen compendio ut necessitas in superfluitate non exeat, et veritati brevis non noceat.

Nam primus articulus multas falsitates dictis Johanne superadditas continet: ut videlicet quod sanctos apparentes ei osculata fuit; quod illorum capita vidit, et, juxta arborem et fontem in loco prophano sitos, illos sanctos pluries venerata fuit; quod dicti sancti apparentes promiserunt ei quod, ejus auxilio et laboribus, suus princeps vi armorum magnum dominium temporale et honorem mundanum recuperaret; quod malet mori quam habitum viri relinquere, et quod hoc quandoque simpliciter dixit; quod preelegit etiam non interesse missarum officiis et carere sacra communione eucharistie in tempore per ecclesiam fidelibus ordinato ad hujusmodi sacramentum recipiendum, quam habitum muliebrem resumere et virilem relinquere: quod nocte et die cum armatis conversabatur, raro aut nunquam secum mulierem habens; quod militanti ecclesie se suaque facta et dicta submictere recusavit; quod de hiis que fecit se tantummodo retulit iudicio Dei; quod salvaretur in gloria beatorum, si virginitatem quam sanctis sibi apparentibus vovit servaverit; quod asserit se certam de sua salute.

Hec enim omnia falsa esse, seu falsificata, evidenter apparent eorum etiam pretensorum iudicum processum perscrutanti, sed quidem mendose et calumpniose adinventata, et huic articulo primo dolose inserta et apposita; ymo quasi totus articulus manifesta falsitate videtur corruptus, quoniam premissa, nec simpliciter, nec sic, aut aliquo modo, reperitur

(1) Le chapitre « Ut officium » est le onzième du titre II, au cinquième livre du *Sexte*; (pp. 626-631). Vers le commencement, il est recommandé aux inquisiteurs de tenir plus de compte de la crainte de Dieu que de la crainte des hommes. Le §. « Denique » du même chapitre revendique pour eux une autorité « expedita et inviolabilis ».

(2) Le texte de ces douze articles se lit dans le procès de condamnation: Quich. tom. I, pp. 414 et suivantes. La plupart des rectifications signalées ici par Bréhal sont faciles à contrôler, à l'aide des citations que nous avons faites dans les notes du *Summarium*.

Johanna saltem in pluri parte dixisse. Nam de osculo illo superius tacto, de capitibus, de prophano loco, de frequenti veneracione ibidem facta, de magno dominio temporali et honore mundano, de simpliciter eligendo potius mori, aut non recipere sacram communione, seu divino interesse officio, quam virilem vestem dimictere, de nocturna conversacione cum viris absque alia muliere, de recusacione se submittendi ecclesie, sed tantummodo iudicio Dei, de voto virginitatis sanctis sibi apparentibus emisso, ac de certitudine salutis, nulla penitus in ipso eorum registro fit mencio, sed potius apposita relacio, ut patet intuenti. Quod si forte alicui de premissis aliquo modo vel apparenter consonum quidpiam in ipso processu invenitur, aut illud est per addicionem mendaciter et inique aggravatum, ut dictum est, aut [per] suppressionem veritatis sublevantis (1) dolose falsificatum. Constat enim manifeste, quod articulus tacet quam instanter et sepe illa requisiverit, etiam ab initio processus et per longum ejusdem, audire missam atque divino interesse officio et in habitu muliebri, ut in variis passibus registri patet. Tacetque de multiplici et legitima submissione sepius per eam facta ecclesie, domino pape, concilio generali, ymo etiam et clericis secundum formam superius designatam. Tacet quidem de illa salutis certitudine, (licet verbo certitudinis nusquam usa in eo passu fuerit, sed potius credulitatis, ut dictum est), quid adiecerit et quam condicionem apposuerit, dicens quod credebat firmiter illud quod voces sibi dixerant, videlicet quod salvaretur, ac si jam esset; quod dictum sic se intelligere exposuit, dummodo teneret promissionem quam fecit Deo, videlicet quod servaret bene virginitatem suam tam corporis quam anime; que condicio, quamvis videatur poni in articulo nono, tamen est variata secundum formam et substanciam, ymo etiam cum admixtione falsi; nam in eo dicitur sic: « Si bene servaret virginitatem quam eis vovit tam in corpore quam in anima »; nunc vero minime reperitur sic dixisse, et constat quod ille et iste modus dicendi seu loquendi varii ac diversi sint.

Quo ad secundum vero articulum, etiam falsum est quod dixerit sanctum Michaellem fuisse, qui apportavit signum sue missionis ad regem; sed quod unus et idem est angelus qui nunquam sibi defecit. Residuum vero ejusdem articuli sonat de adventu et accessu Johanne ad regem, in quo videtur de angelo illo, ut superius deductum est, fictione parabolica fuisse partim locuta. Unde, cum ad eorum intencionem non deserviret, superfluum fuit apponere.

In tercio autem, ubi in principio dicitur certa, secundum verba Johanne debet poni quod ad credendum fuit mota propter bonum consilium, etc. Et in fine ejusdem articuli additum est, ac in registro processus non habetur ex dictis Johanne, istud videlicet: « et dicta ejusdem Michaelis et facta vera sunt et bona ».

Quod autem in quarto positum est, quod galici facient in sua societate pulchrius factum quod umquam fuit factum pro tota christianitate: istud quidem assumptum est, non ex

(1) La falsification que Bréhal relève en cet endroit échappe plus aisément à une lecture superficielle. Le texte du procès rapporte bien les expressions même dont Jeanne s'est servie; mais il en aggrave la portée, soit par l'addition d'une parole inventée, soit par la suppression d'un mot vrai qui serait à sa décharge. — Nous avons suppléé entre crochets la préposition omise par le greffier.

assertis per eam durante illo processu, sed ex quibusdam litteris longe ante per ipsam Johannam ad anglicos directis coram Aurelianis castrametantes. Ideo ad articulos hoc minime pertinebat, sicut neque ad processum, et presertim fidei. Que quidem littere per ipsos anglicos fuerunt corrupte et viciate, ut patet ex registro, in quo etiam et premissa verba reperiuntur evidenti abrasione fuscata, et per consequens non mediocriter suspecta, ymo etiam neque proprie in forma qua in dicto articulo referuntur.

Quo autem ad quintum, totum illud quod explicatur de qualitate sui habitus, puta de capucio, gippone, brachis, et hujusmodi (1), falsum est neque habetur ex dictis ejus, ut ipsi mendose fingunt. Similiter, quod noluerit aut maluerit potius mori quam dimictere habitum viri simpliciter non est verum ut premissum; et in fine ejusdem ponitur de [fo cxcv ro] *marimis*, ubi dictum est Johanne, habet de *magnis*: quod in aggravationem adhibitum est.

Conformiter in sexto, ubi agitur de appositione horum nominum Jhesus, Maria, et impressione crucis in suis litteris, mendose ibi additur, quod in aliis scribi fecit quod interficeret illos qui non obedirent litteris aut monicionibus suis.

In septimo vero, ubi primo tangitur de recessu a parentibus, tacetur omnino quod ad plenam ejus excusacionem facit, de quo superius loco suo egimus. Additur denique, quod ad suam requestam habuit unum ense a capitaneo Valliscoloris, cum tamen non sic reperiatur in processu. Et id quod tandem ibi subditur omnino falsum est: videlicet, quod promisit domino regi in suo accessu illum ponere in magno dominio: quod constat, ut prius, ex textu processus.

Cum vero in octavo agitur de precipicio turris, ibidem dicitur quod illud non potuit evitare; cum tamen sobrie magis magis (2) locuta fuerit dicens quod nesciebat aut poterat de hoc se tenere. Residuum vero articuli omnino superfluum videtur, et non prejudicat.

Quo ad nonum jam dictum est, quod ibi est falsitas in addicione, cum dicitur: *covit*; ubi habetur: *promisit*; quorum differentiam superius posuimus. Item non dixit, ut isti referunt, quod voverit sanctis virginitatem in corpore et anima, sed potius quod promiserit Deo et sanctis virginitatem servare anime et corporis. Similiter, ut prediximus, falsum est quod dixerit se esse certam de salute, sed magis quod firmiter credebat, cum illa tamen condicione quam apposuit. In residuo autem ejusdem articuli multa fraudulenter subprimuntur, que ad salvacionem dictorum et Johanne commendacionem plurimum faciunt.

In decimo vero, ubi dicitur quod assueruit Deum diligere aliquas personas plus quam ipsam, tacetur id quod addidit, videlicet pro ediis corporis sui (3); et hoc solum dixit de domi-

(1) Capucium: capitis tegumentum, quod capae assutum erat. — Du Cange: *Glossarium*... tom. II, p. 166. — *Le capucium*, ou chaperon, était un vêtement propre aux campagnards et au bas-people.

Gipo: *porpoent*, gallice et britannice... Expressit nostrum *Jupon*. — Du Cange, *ibid.*... tom. III, p. 523.

Bracae: femoralia, vestis species qua crura teguntur. — Du Cange, *ibid.* tom. I, p. 751.

(2) Il est évident que cette répétition du mot *magis* est due à l'inadvertance du greffier.

(3) D'après Du Cange: *Glossarium*... tom. III, p. 10, le mot *acdia* signifie *aide*, *auxilium*. Il im-

no rege, ac de duce aurelianensi. Circa autem articuli finem, de dilectione quo ad Burgundos, similiter multa dolose tacentur, quoniam per ea que addidit clare demonstravit se intelligere de favore, quem ad partem domini nostri regis ipsa gerebat; quam quidem partem Burgundi tunc non tenebant. Unde frivolum fuit istud articulo inserere, aut saltem debuit dicti sui sensum verius explicare.

Quantum ad undecimum, sicut jam dictum est, quod Johanna sanctis sibi apparentibus virginitatem voverit, falsum est illud quod ibi ponitur, scilicet quod invocaverit, sicut late superius deductum est. Denique, in reliqua parte articuli subticentur omnia que ad declarationem et excusacionem faciunt, sed crude et profecto maliciose solum producentur que suspicionem inducere videntur.

Sed quo ad duodecimum et ultimum, ubi iterum replicatur de submissione, evidens falsitas, sicut et in primo articulo dicebatur, reperitur. Nam expresse falsum est, quod noluerit se referre ad determinacionem ecclesie militantis, sed ad solum Deum; quoniam expressissime se retulit de universis domino pape et ecclesie, ut in multis locis registri patet; similiter et concilio generali valde explicite, ut constat ex informacionibus (1). Sed maliciose omnia hec silencio transiguntur; in quo enormiter plane deprehenditur errasse qui articulos ipsos condidit, et non minorem reatum quam falsitatis videtur incurrisse: (ut ff. *Ad legem Corneliam de falsis*, lege j, §. « Qui in rationibus »; et lege « Paulus ») (2). Unde et per hoc fuerunt in primis consultores decepti, quoniam in deliberando exhibita sibi secuti sunt, cum alias de actis processus divinare non possent; licet tamen in causa fidei specialiter institutum reperiat, quod illis, de quorum consilio debet procedi ad sententiam et condempnacionem, debet totus processus super quo deliberandum est seriose manifestari, ac integraliter explicari: (ut c. ultimo circa principium, *De hereticis*, libro vj^o) (3); cujus oppositum constat hic fuisse factum. Unde, ex sola actorum imperfectione seu veri subpressione, decernitur sententia statuto juris irritanda: (ut c. « Cum Bertoldus », *De sententia et re judicata*) (4). Ergo quanto magis per expressionem falsi seu admixtionem, in quo maxime delu-

porte de remarquer que le sens est un peu différent dans ce passage de la *Recollectio*. Jeanne d'Arc s'était servi du mot *aises*, que le greffier a traduit par *ædiis*. Voici le texte de l'interrogatoire du mercredi 28 mars, tel qu'il est rapporté dans le réquisitoire du promoteur: « Item dit qu'elle sçait bien que Dieu ayme mieux son roy et le duc d'Orléans qu'elle, pour l'aise de son corps; et dit qu'elle le sçait par révélation ». — Quicherat: *Procès*... tom. I, p. 257.

(1) Cf. *Summarium*, art. v.

(2) Les deux lois citées appartiennent au livre XLVIII du *Digeste*, et au même titre x: *De lege Cornelia de falsis* (et non pas *ad legem Corneliam*, comme l'a écrit le greffier). Elles concernent les faussaires. La loi première « *Pœna legis* » contient plusieurs paragraphes, dont le quatrième commence par les mots: *Qui in rationibus*; (p. 1604).

La loi « *Paulus* » est la seizième; ou, pour parler plus exactement elle forme le premier paragraphe de la loi xvi: « *Instrumentorum* »; (p. 1607).

(3) Les quatre mots: *seriose manifestari, integraliter explicari*, se retrouvent expressément dans le chapitre « *Statuta* »; qui est le vingtième et dernier du titre II, *De hereticis*, au V^e livre du *Sexte*; (p. 644).

(4) Dans le chapitre « *Cum Bertoldus* », qui est le dix-huitième du titre xxvii, au second livre des

ditur *justicia*, venit *sententia annullanda*. Nam ex mente actorum *sententia robur habet*, sicut *contractus ex mente contrahencium* (1); (ut notat Chynus in *lege unica, De errore calculi*. Et hoc satis probatur per *legem « Illicitas »* §. « *Veritas* » ff. *De officio presidis*) (2). Unde et secundum *litteras apostolicas*, in quibus fuit impetrando suggesta falsitas aut subpressa veritas, mandat papa non debere procedi: (ut in *Extravaganti Alexandri tercii, que incipit « Intelleximus »*, *De officio judicis delegati*: sed et bene expresse, c. « *Super litteris* », *De rescriptis*) (3).

Preterea dicti articuli superflua verborum protractione partiumque suarum inordinata collatione mirabiliter videntur confusi, et ad verum sensum secundum cause exigenciam reddendum prorsus inepti. Nam, (ut dicit beatus Thomas, 2^a 2^e q. j. art. vj^o), articulus constat ex distinctis partibus coaptacionem ad invicem habentibus, sicut et particule corporis invicem coaptate dicuntur articuli (4); sed tamen non [e]quale[s] partes, ymo breviores seu minores, et que non dividuntur in alias, articuli dicuntur. Ideoque stillus inquisitionis contra

Décrétales, (p. 891), le pape annule les actes d'un procès pour les deux causes mentionnées ici.

(1) Cette phrase est littéralement empruntée au commentaire de Cynus sur le *Code*, livre second, titre v *De errore calculi*, qui n'a qu'une seule loi « *Errorum* », dans laquelle sont déterminées les circonstances où une erreur de calcul peut être préjudiciable. Le texte de Cynus (*super Codicem*) est à la page 70 verso de l'édition que nous avons sous les yeux. — Guittone Cino, de la noble famille des Singibaldi, de Pistoïe, était un jurisconsulte du XIV^e siècle; son ouvrage le plus estimé est précisément son commentaire sur le *Code*, qu'il acheva en 1314. Après avoir pris le grade de Docteur à Bologne, il enseigna à Trévise, à Sienne, à Pérouse et à Florence. Il existe, à la Bibliothèque de Lyon, un exemplaire manuscrit du XIV^e siècle (n^o 302), intitulé: *Lectura Domini Cyni de Pistorio super Codicem*. — On y trouve le texte cité au f^o 39 v^o. C'est le même commentateur dont l'autorité est invoquée à la fin du 1^{er} article des demandeurs: voir Quicherat, tom. II, p. 238. Mais, par suite de la ressemblance extrême que présentent souvent les *t* et les *c* minuscules des manuscrits, Quicherat a lu *Thinus* au lieu de *Chinus*, et il suppose à tort que c'est une abbréviation mal écrite de Tindarus Alphanus, jurisconsulte bolonais, frère d'Accurse. Il s'agit tout simplement de Cynus et de son commentaire sur le *Code*.

(2) Dans la loi « *Illicitas* », qui est la sixième du titre xviii, au premier livre du *Digeste* (p. 255), le premier paragraphe dit expressément: « *Veritas rerum erroribus gestarum non vitatur*; et ideo *praeses provinciae id sequatur, quod convenit eum ex fide eorum quae probabuntur sequi* ».

(3) Les premiers chapitres du titre xix *De officio et potestate judicis delegati*, au premier livre des *Décrétales* (p. 32), sont du pape Alexandre III. — Il nous semble que Bréhal a surtout en vue le second chapitre « *Sane si a nobis* », où il est question de la conduite à tenir, lorsqu'il y a production de diverses lettres apostoliques.

Le chapitre « *Super litteris* », de son côté, est une décision d'Innocent III sur la nullité des lettres apostoliques obtenues « *tacita veritate, vel suggesta falsitate* ». C'est le chapitre vingtième du titre III, au premier livre des *Décrétales*; (pp. 52-54).

(4) Bréhal a formé sa phrase avec la plupart des expressions employées par S. Thomas: 2. 2. q. I, art. 6 in corp. — *Opera omnia*... tom. XXI, p. 3. col. 2.

Le greffier a mal transcrit les mots qui suivent. D'après le manuscrit de la *Recollectio*, que M. Lanéry d'Arc reproduit ici fidèlement, la phrase devrait se lire ainsi: *sed tamen non quale partes, imo breviores seu minores*. Il nous a paru nécessaire de substituer entre crochets les deux lettres omises, sans lesquelles le texte n'est pas intelligible.

hereticos, qui ab istis observandus erat (juxta c. « Per hoc », *De hereticis*, libro vj^o), habet et tenet, quod clari et breves, fideliterque extracti, ac debite coordinati, sunt formandi articuli in negotio fidei (1).

Taceo de nugacione, et crebra ejusdem rei in dictis articulis superflua reiteracione, qua non solum fastidium, sed et quodammodo ridiculum, videtur induci; quod quidem articulo-rum rationi nullo modo convenit, presertim in tam gravi causa. Sed et maxime actendo eorum ex industria obmissam veritatem expressamque falsitatem, verborum superfluum prolixitatem, atque indebite particulas ordinandi seu collocandi intricalam sensus perplexitatem, ut premissum est; que omnia processus et sentencie manifestum errorem ostendunt.

SEPTIMUM CAPITULUM

De qualitate revocationis seu abjuracionis, quam Johanna facere impulsa fuit.

Quia ex serie processus apparet, quod Johanna inducta aut compulsa fuit per prefatos qualescumque judicantes heresim abjurare ac publice multa revocare, bene se habet videre aliquid de qualitate hujusmodi abjuracionis: et primo, quibus ex causis debeat de jure fieri; deinde, de ista, quomodo et qualiter facta sit, et utrum fuerit legitima.

Fit autem in primis abjuracio, et principaliter, quando quis deprehensus fuerit in errore, ut qui de articulis fidei et ecclesiasticis sacramentis aliter sentiunt, aut docere non metuunt, quam sacrosancta romana [1^o cxcv v^o] ecclesia predicat et observat: (ut in c. « Ad abolendam », *De hereticis*) (2). Ecce duo que hic potissimum innuuntur: videlicet, quod talis erret male sciens de fide catholica; secundo, quod in tali errore deprehendatur.

Nam in primis, non quilibet error est error in fide. Quodlibet namque peccatum error quidem dicitur, juxta illud (*Proverbiorum* xiiij^o): « Errant qui operantur malum ». Ymo et fomes peccati error quandoque vocatur, secundum illud (*Ecclesiastici* xj^o): « Error et tenebre peccatoribus concreata sunt ». Iste autem error peccati seu culpe non subjacet abjuracioni, de qua hic loquimur, sed per virtutem sacramentorum expiatur.

Neque preterea quilibet error in fide, vel circa ea que fidei sunt, heresim continet. Quoniam potest quis errare in fide, aut circa ea que fidei sunt, absque tamen heresis impietate seu pravitate, juxta illud beati Augustini: « Errare potero, sed hereticus non ero » (3).

(1) Le chapitre « Per hoc » est le dix-septième du titre II *De haereticis*, au cinquième livre du *Sexte*; (p. 638). Vers la fin, se trouve la prescription adressée aux évêques d'observer les règles de la procédure inquisitoriale.

(2) Dans ce chapitre, qui est le neuvième du titre VII *De haereticis*, au V^e livre des *Décretales*, p. 1672, on déclare hérétiques ceux qui, en matière de foi, « aliter sentire aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana Ecclesia praedicat et observat »; et on détermine les peines qui sont dues à ceux « quicumque manifeste fuerint in haeresi deprehensi ».

(3) Bréhal n'indique pas de quel livre il a extrait cette sentence de l'évêque d'Hippone. Après l'avoir inutilement recherchée dans un certain nombre d'ouvrages, où nous pensions la rencontrer parmi les explications sur la signification des mots, *hérésie, hérétique, erreur* etc., nous inclinons

à croire que la formule ici alléguée est une simple et exacte reproduction de la pensée de S. Augustin, plutôt qu'un texte proprement dit.

(1) Le greffier a mis en un seul mot cette expression, qui serait à la rigueur intelligible si on séparait la préposition du substantif. Mais la confrontation avec le texte de Bohic, auquel Bréhal renvoie, montre assez bien qu'il aurait fallu écrire: *indeliberate et ex scrupulo* . . .

(2) Depuis « si quis ex ignorancia » . . . jusqu'à la fin du présent paragraphe, le texte, y compris les citations du droit, est littéralement emprunté à Henri Bohic, dont les commentaires sur les *Décretales*, le *Sexte* et les *Clémentines* jouissaient, au temps de Bréhal, d'une légitime réputation. Né en 1310 à Saint-Mathieu (Finistère), Henri Bohic compte parmi les professeurs célèbres de l'université de Paris; il mourut dans les dernières années du XIV^e siècle.

Le chapitre « Dubius » est le premier du titre VII au cinquième livre des *Décretales*; (p. 1669).

Le chapitre « Per tuas » est le trente-cinquième du titre III, au même livre; (p. 1637).

Les deux textes de l'Écriture sont: le premier verset du chap. XIV (*ad Rom.*) et le vingt-troisième du chapitre IX de *saint Marc*.

L'auteur termine en citant deux canons, le premier « Testamentum », (p. 19), et le second « Pensandum », (p. 21), de la sixième distinction, dans la première partie du *Décret*.

Le passage de Bohic se trouve au tome II, p. 19 v^o.

(3) Cette phrase appartient encore à peu près intégralement, à Henri Bohic (*loc. cit.*), mais elle est placée en tête du passage allégué dans le précédent paragraphe de la *Recollectio*.

(4) « Haeresis graece ab electione vocatur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius sibi esse videtur ». S. Isidori hispal. episc. lib. 8 *Etymolog.* cap. III, n. 1. — Migne: P. L. tom. LXXXII, col. 296.

Le texte de saint Isidore est à peu près littéralement reproduit dans le canon « Haeresis », qui est le vingt-septième de la troisième question, cause XXIV, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1767).

(5) Le passage que Bréhal va alléguer est emprunté textuellement au *Commentaire* de Pierre

Putat, si quis ex ignorancia et simplicitate, aut indebilitate (1) et ex scrupulo consciencie, dubitet de aliquo pertinente ad fidem, talis dubitacio est potius pena quam culpa, et debilitas proprie ymaginacionis quam peccatum, (ut notat Henricus Bohic, in c. « Dubius », *De hereticis*) (2). Unde licet hujusmodi dubitacio sit abjicienda, tamen non est heretica: (c. « Per tuas » *De symonia*). Et hoc est quod dicitur (*ad Rom.* xiiij^o): « Infirmum in fide assumite »; et (*Marci* ix^o): « Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam ». Tales enim scrupulosi, ut frequencius, contra voluntatem suam hesitant. Unde, si talibus motibus bene resistent, et se firment in fide, potius merentur quam peccent, ad instar stimulorum carnis: (c. « Pensandum », et c. « Testamentum », vj. dist.).

Si autem dubitacio erronea procedat ex deliberacione animi et cum quadam complacencia, presertim si adjungatur pertinacia, talis heretica est (3). Heresis enim, ut dicit Ysidorus, electionem importat, (et habetur in c. « Heresis », xxij. q. iiij) (4). Nam, quemadmodum qui recte fidelis est hiis que ad fidem Christi et ecclesie pertinent voluntarie assentit, et illa sequi credendo eligit; sic hereticus, proprie loquendo, potius ea voluntarie eligit; et illis credit, seu assentit, que sibi propria mens suggerit, aut que ex perverso alicujus dogmate forsansuscepit, quam illa que ecclesia tradit, et credenda tenendaque precipit; de quibus superius late satis habitum est. Nam et Petrus de Tharentesia, (iiij^o scripto *Sentenciarum*, dist. xiiij. art. iiij^o) (5), valde convenienter dicit quod a dispositione nichil simpliciter denominatur.

sed a perfecto habitu (1). Ideo non quicumque deviat a communi fide, sed qui pertinaciter deviat, hereticus proprie vocatur. Unde ad rationem heretici duo concurrunt : unum est error in ratione, quod est heresis initium ; alterum vero est pertinacia in voluntate, quod est heresis complementum : (c. « Nulli fas », xix dist. ; c. « Dubius », *De hereticis*) (2). Et ita intelliguntur omnia jura, que hereticis quamcumque penam infligunt, aut abjuracionis, aut immuracionis, vel alias.

Et si quis objiciat (per legem « Omnes », *C. De hereticis*) (3), quod levi seu tenui argumento vel articulo quis censetur hereticus, respondetur, quod hoc intelligitur de eo qui elective ac pertinaciter errat circa aliquem de articulis fidei in symbolo comprehensis ; quia, sicut ratio fidei primo et principaliter circa ipsos, sic ex opposito heresis contra illos proprie consistit, adeo quidem et ita precise ut qui discredet unum articulum omnino careat habitu fidei, et censeri debeat hereticus, (ut habunde tractat sanctus Doctor, 2^a 2^e q. v. art. terció) (4).

Proinde, ex serie lictere illius premissæ decretalis clare demonstratur, quod oportet eum qui heresim abjurare compellitur in errorem dampnatum incidisse manifeste deprehendi ; et hoc, secundum *glosam*, verbi aut facti evidencia, puta quia heresim manifeste dogmatizat, (ut ff. *De ritu nupciarum*, lege « Palam », §. ultimo) (5) ; aut probacione legitima. Alias depre-

de Tarentaise sur le quatrième livre des *Sentences*, (dist. XIII. q. unica, art. 3) — tom. II, p. 141. Il comprend depuis les mots : a disposicione nichil simpliciter denominatur ... jusqu'à : quod est haeresis complementum.

(1) Une dénomination absolue, c'est-à-dire sans explication ni restriction, manque d'exactitude, lorsqu'on attribue une qualité à un sujet qui ne la possède qu'imparfaitement, ou qui manifeste seulement des dispositions à la posséder. Ainsi, par exemple, on n'appelle pas un homme savant, parce qu'il est bien doué pour acquérir la science, ni même parce qu'il étudie et fait preuve de certaines connaissances élémentaires ; on ne décerne pas le titre d'ivrogne à celui qui est tombé une fois dans l'ivresse par surprise. Il en est de même pour la qualification d'hérétique. A proprement parler, elle ne convient qu'à celui chez lequel on trouve réunis les deux caractères constitutifs de l'hérésie, la déviation de l'intelligence, et l'opiniâtreté de la volonté.

(2) Le canon « Nulli fas » est le cinquième de la XI^e distinction, dans la première partie du *Décret* ; (p. 99). Il défend de transgresser les dispositions du siège Apostolique.

Le chapitre « Dubius » est le premier du VII^e titre, au livre cinquième des *Décretales* ; (p. 1669). Il commence ainsi : « Dubius in fide infidelis est ».

(3) La loi « Omnes » est la seconde du titre v : *De hereticis et manichæis*, au premier livre du *Code* ; (p. 56). A la fin de cette loi, on lit la définition suivante : « Haereticorum autem vocabulo continentur, et latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel levi argumento a iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deviare ». Il importe de remarquer que la glose marginale, au mot *levi argumento*, donne l'explication suivante : id est, levi articulo, qui manifeste debet sciri, quia pertinaciter illud adserit.

(4) Bréhal ne donne ici qu'un résumé succinct de la doctrine largement exposée par S. Thomas : 2. 2. q. v, art. 3 in corp. — *Opera omnia* ... tom. XXI, p. 14, col. 1.

(5) La loi « Palam » est la quarante-troisième du titre II, au XXIII^e livre du *Digeste* ; (p. 746). Elle ne se rapporte pas, — comme on pourrait le croire d'après le texte de la *Recollectio*, — à la profession publique de l'hérésie ; mais elle explique comment l'évidence de certains faits suffit à infliger la note d'infamie, même sans condamnation par jugement public. C'est un argument *a simili*.

hensio non sufficit ; (argumentum ad hoc, c. « Si quis dyabolus », l. dist.) (1). Non enim levis aut vehemens suspicio pro probacione suscipitur, sed solum violenta : (c. « Fraternitatem », in fine, liij. dist. ; c. « Licteras », *De presumptionibus* ; lege « Similiter », ff. *De rebus dubiis*) (2). Quinymo, neque omnis violenta sufficit, ubi potest probari seu probatur contrarium : (c. « Nec aliqua », xxvij. q. j ; c. « Proposuisti », *De probacionibus* ; cum similibus) (3).

Cum itaque Johanna, ut satis ostensum est, in aliquem dampnatum errorem incidisse, aut alicui inhesisse pertinaciter, aut alias minime deprehensa fuerit, patet quod omnino injuste et impie compulsus fuerit abjurare.

Sed forte instarent hii dicentes, quod fama publica laborans violentam presumptionem inducebat : (argumentum ad hoc, c. « Inter sollicitudines », *De purgacione canonica*) (4). Ad istud dicitur, quod duplex est fama : una que habetur de homine, alia autem que habetur inter homines. Fama enim que habetur de homine sic diffinitur : Fama est illese dignitatis

(1) Le canon « Si quis diaconus » (par une singulière distraction, le greffier a écrit *dyabolus*) est le vingt-neuvième de la cinquantième distinction, dans la première partie du *Décret* ; (p. 313). Il y est question de clercs qui auraient été « in adulterio deprehensi ». Sur ce mot, la glose marginale dit : « Videtur ergo quod sola deprehensio sufficit... Sed non est ita, nisi sint convicti vel confessi... Vel intellige : *deprehensi*, ita quod factum sit notorium ex facti evidentia ».

Pour l'intelligence de ce qui suit dans le texte de la *Recollectio*, il est utile de prévenir que le droit ecclésiastique distingue trois sortes de suspicion en matière d'hérésie. La première s'appelle *légère*, parce qu'elle a peu de poids : ne reposant que sur de faibles conjectures, elle est facilement écartée par une défense quelconque. La seconde porte le nom de *véhémence*. Son importance est plus grande : basée sur des raisons et des indices d'une assez grande valeur, elle ne peut être repoussée que par de sérieux moyens de défense. La troisième est dite *violente*, parce qu'elle s'impose à l'esprit par des preuves convaincantes, qui font impression sur le juge lui-même, et ne lui permettent pas de tergiverser. Cf. Nicolas Eymeric : *Directorium inquisitorum*... 2^a p. q. LV ; pp. 376-377.

(2) Le canon « Fraternitatem » est le quinziesme de la cinquante-quatrième distinction, dans la première partie du *Décret* ; (p. 351). Bréhal fait allusion ici, non pas tant au canon lui-même, qu'à la glose des derniers mots ; c'est pour cela qu'il renvoie *in fine*, où l'expression « sibi dicitur comparasse » est interprétée de la présomption du droit.

Le chapitre « Litteras » est le quatorzième du titre XXIII, au second livre des *Décretales* ; (p. 792). Il y est question d'un homme suspect d'hérésie, et le pape donne cette décision à son sujet : « Cum propter solam suspicionem (quamvis vehementem) nolimus illum de tam gravi crimine condemnari... etc. »

Au titre v *De rebus dubiis*, du livre XXXIV du *Digeste* (p. 1075-1079), il n'existe pas de loi « Similiter ». M. Lanéry d'Arc a corrigé cette faute de copiste, en mettant : L. « Si inter ». C'est la VIII^e loi du même titre ; et il est possible que Bréhal l'ait eu en vue, à cause des gloses qui examinent les diverses présomptions de droit.

(3) Le canon « Nec aliqua » est le quatrième de la première question, cause XXVII, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 1839). Il s'agit probablement ici de la glose relative à ces mots du canon : « cum et manus obstetricum, et oculi saepe falluntur ».

Le chapitre « Proposuisti » est le quatrième du titre XIX au second livre des *Décretales* ; (p. 683). Il a trait à l'examen requis pour établir l'existence d'un empêchement canonique au mariage.

(4) Le chapitre « Inter sollicitudines » est le dixième du titre XXXIV, au V^e livre des *Décretales* ; p. 1841). On y voit qu'il faut tenir compte de l'infamie notoire d'un accusé.

status, vita et moribus comprobatus, et in nullo diminutus : (ff. *De variis et extraordinariis cognitionibus*, lege « Cognicionis », §. « Estimacio ») (1). De qua cum dubitatur, inquiritur ab hiis inter quos conversatus fuit ; (ut c. « Postquam », et c. « Innotuit », §. « Multa », *De electione*, et c. « Scriptum est », xij. q. ij) (2). Unde, contra famam vite laudabiliter acte non facile presumitur : (c. « Cum in juventute », *De purgacione canonica* ; et c. « Ex studiis », et c. « Mandata », *De presumptionibus*) (3). Alia vero fama que habetur inter homines sic describitur : Fama est publica seu famosa insinuacio, communisque proclamacio ex sola suspicione et incerto auctore proveniens ; (c. « Sanctum est », *De consecrat. dist. iij*). Et ista per se nichil probat ; unde dicitur : Fama volat. Ideo non est ei maxime in iudicio de facili credendum : (c. « Si quis de quocumque », lxxxvj dist.) (4). Nam et secundum leges, vane voces populi non sunt audiende. Talis namque fama non est certa : (argumentum, c. « Cum causam », *De testibus*) ; eo quod dictum unius facile sequitur multitudo : (c. « Cum in juventute », §. primo, *De purgacione canonica*) (5).

Unde ex hiis patet, quod cum Johanna, et in patria originis et ubicumque alibi conversata fuerat, de bone ac laudabilis vite sinceritate fideique religiositate commendata exstiterit, non est verum quod isti contra eam de infamia inducunt.

Vel potest dici quod, ubi quis infamatus est apud bonos et graves, talis (6) videlicet infamia que nimis frequens sit et scandalum inducat, et per consequens vehementem presump-

(1) La définition donnée par Bréhal est extraite du paragraphe « Existimatio » de la loi « Cognitionum », qui est la cinquième du titre XIII : *De extraordinariis cognitionibus*, au livre cinquantième du *Digeste* ; (p. 1694).

(2) Les trois chapitres allégués par l'inquisiteur appartiennent au même titre VI *De electione*, dans le premier livre des *Décrétales* ; et dans tous les trois il est parlé de l'enquête faite ou à faire sur la renommée de la personne. Le chapitre « Postquam » est le troisième (p. 110) ; le chapitre « Innotuit » est le vingtième (p. 131), et le §. « Multa » se lit à la page 132 ; le chapitre « Scriptum est » (pp. 174-177) est le vingtième. C'est par erreur que la référence indique la question seconde de la cause XIII.

(3) Le chapitre « Cum in juventute » est le douzième du titre XXXIV, au V^e livre des *Décrétales* ; (p. 1843). Les deux chapitres « Ex studiis », troisième (p. 786), « et Mandata », sixième (p. 787) appartiennent au titre XXIII du second livre des *Décrétales*. Il y est question de la bonne renommée acquise par une vie louable.

(4) Le canon « Sanctum est » est le trente-sixième de la dist. IV *De consecratione*, dans la troisième partie du *Décret* ; (p. 2453). Ce texte confirme les mots de la définition alléguée par Bréhal : « incerto auctore proveniens ».

Le canon « Si quid (et non pas *Si quis*) vero de quocumque » est le vingt-troisième de la quatre-vingt-sixième distinction, dans la première partie du *Décret* ; (p. 523). Il y est recommandé de ne pas croire aisément à la rumeur publique contre un clerc.

(5) Le chapitre « Cum causam » est le trente-septième du titre XX *De testibus et attestationibus*, au second livre des *Décrétales* ; (p. 735). Il y est question des qualités que doivent avoir les témoins.

La raison alléguée à la suite par Bréhal est empruntée au premier paragraphe du chapitre « Cum in juventute », qui a été cité plus haut.

(6) Pour la correction de la phrase, il faudrait évidemment : tali videlicet infamia ; par inattention, le greffier a mis très lisiblement *talis*.

tionem inferat, tunc, quamvis etiam crimen heresis fuerit de quo est suspicio, non est tamen ex hoc abjuracio heresis indicenda, sed dumtaxat purgacio canonica : (argumentum ad hoc in c. « Licteras », *De presumptionibus* ; et multum expresse in c. « Ad abolendam », §. « Qui vero » ; et « Excommunicamus », §. j^o, *De hereticis*) (1). Ad quod etiam requiritur quod talis infamacio ab emulis et inimicis non procedat ; alias nulla est purgacio indicenda : (c. « Cum in juventute », *De purgacione canonica*) (2). Unde, si Johanna quamcumque infamiam de heresi habuerit, hoc solum fuit ab anglicis ejus capitalibus inimicis et inter eos dumtaxat. Ideo purgacioni etiam subijci non debuit ; quanto minus ergo abjuracionem seu revocacionem (3).

Sed iterum objiciet aliquis, quod propter infamiam heresis compellitur quis abjurare ; (ut per casum expressum in c. « Inter sollicitudines », *De purgacione canonica*, apparet) (4). Ad hoc dicitur quod ex textu ejusdem *Decretalis* clare deprehenditur solucio. Nam propter vulgatam infamiam, grave scandalum, et vehementem suspicionem ex dictis testium abortam, indicitur purgacio, sed in penam familiaritatis ex certa sciencia [f^o **cxv** r^o] habite cum hereticis infligitur abjuracio. Unde casus iste nullo modo Johannam concernit ; quia, sicut prediximus, suspectos de sortilegio aut heresi semper abhorruit, et a se repulit.

Propter quod ulterius sciendum est, quod per Johannam tria allegantur, que hujusmodi pretense abjuracionis, etsi aliunde vigorem haberet, illum tamen penitus elidunt : videlicet ignorancia, coactio et metus ; hec enim tria veri confessus racionem auferunt.

Primo enim allegat ignoranciam, dicens quod non intelligebat revocare, et quod illud quod continebatur in cedula abjuracionis ipsa non intelligebat (5) : (hoc patet folio cxij, d). Quod quidem probabile est, ut ex multis apparet : tamen (6) quia, cum mirabili ignominia et confusione, tunc assistente populi innumerabili turba, in spectaculo publico predicanda exposita erat atque producta, ibidemque insperate abjurare tumultuosis instanciis exstitit compulsus, ideo non mirum si ejusdem cedule tenori actendere non potuit ; tum quia dicta cedula ob-

(1) Le chapitre « Litteras », quatorzième du titre XXIII, au second livre des *Décrétales* (p. 792), expose la procédure suivie dans un cas particulier, pour cause de suspicion véhémente d'hérésie.

Dans le chapitre « Ad abolendam », qui est le neuvième du titre VII, au V^e livre des *Décrétales* (p. 1672), le pape trace la ligne de conduite à suivre dans les cas d'hérésie prouvée ; et, au §. « Si vero », il est question de la purge canonique pour démontrer l'innocence des accusés suspects. — Les mêmes décisions sont formulées au chapitre « Excommunicamus », treizième du même titre et du même livre ; (p. 1682).

(2) Dans ce chapitre déjà allégué par Bréhal, le pape invoque ce même motif de rivalité et de jalousie pour se mettre en garde contre la demande de purge canonique.

(3) Pour la correction de la phrase, il devrait y avoir : *abjuracioni seu revocacioni* ; mais le greffier a très lisiblement mis l'accusatif, ce qui demanderait un autre verbe que *subijci*.

(4) Ce chapitre du V^e livre des *Décrétales* (p. 1844) a déjà été cité plus haut. Bréhal fait bien connaître la solution de la difficulté, en alléguant les expressions mêmes qui s'y rencontrent.

Nous ferons remarquer que le greffier a écrit *abortam*, tandis que les éditions imprimées des *Décrétales* portent : *obortam*.

(5) Cf. *Summarium*, art. VI.

(6) Le greffier s'est trompé en écrivant *tanem*. Il faut lire : *tum quia* . . .

seuris, inusitatis, suspensivis, involutis, ac ex aliis dependentibus terminis confecta fuit, neque tamen invenitur quod ab ante, ut dicebat, sibi lecta et declarata, aut etiam ad momentum ostensa fuerit; tum denique quia ex vexacione carcerum, molestia et inquietudine custodum, ac severitate judicantium et aliorum assistancium diucius fatigata, gravi egritudine laboraverat, et adhuc laborabat. Unde verissimiliter presumitur, quod animum turbatissimum habebat. Nam, et quod ipsam abjuracionem non intellexerit, satis consentit major et sanior pars deliberancium post abbatem Fiscampnensem (1); (ut patet folio cxiiij, d, et cxv per totum fere). Ex quo concluditur quod non fuerit valida, eo quod non fuit propter obstaculum ignorancie ex toto voluntaria. Secundum enim Gregorium Nicenum, Damascenum et Aristotelem, voluntarium est, cujus principium est intra, cum addicione sciencie (2). Unde, (ut dicit sanctus Doctor, 1^a 2^a q. vj, art. viij^o), ignorancia habet causare voluntarium ea ratione qua privat cognicione, que requiritur ad voluntarium (3). Non enim potest esse volitum quod est ignoratum. Unde, si quis ignorat aliquam circumstanciam actus, presertim quam scire non tenetur, et ex hoc agit aliquid quod non faceret si sciret, talis ignorancia causat [in] voluntarium simpliciter (4). Et, secundum Damascenum, id quod ex tali ignorancia agitur non debet imputari agenti (5). Et istis plene consenciant leges et jura. Ait enim lex, quoniam nichil est tam contrarium consensui quam error vel ignorancia; et hoc, quia consensus etiam ex vi nominis sensum seu intellectum presupponit. Et istud apparet ex serie verborum, (in *regula juris* qua dicitur: « Scienti et consencienti », etc. libro vj^o), ubi debito ordine sciencia consensui premittitur. Unde hec ignorancia simpliciter Johannam execu-

(1) Nous avons rappelé l'avis donné par l'abbé de Fécamp et adopté par la plupart des consultants; Cauchon ne voulut pas le suivre. Voir les notes du second chapitre de la deuxième partie de la *Recollectio*.

(2) Cette définition du volontaire, qui sert de principe au raisonnement de Bréhal sur ce point, a été manifestement extraite de S. Thomas: 1. 2. q. vi, art. 1, à la fin du corps de l'article. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 16, col. 2. — Il faut néanmoins remarquer que S. Grégoire de Nysse n'est pas l'auteur du traité auquel renvoie S. Thomas. Le livre de *Natura hominis* est de Némésius; on y lit au ch. 32: « Definivimus sponte factum, cujus principium in ipso est, sciente singula in quibus est actio ». Migne: P. Gr. tom. XL, col. 727.

S. Jean Damascène, de son côté, s'exprime ainsi (lib. 2 de *Fide*, c. 24): « Voluntarium dicitur, cujus principium sive causa in ipso est qui agit, ut ipse noscat omnia singulatim per quae actio geritur, et in quibus versatur ». Migne: P. Gr. tom. xciv, col. 954.

La définition donnée par Aristote (lib. III *Ethicorum*) est celle-ci: « Cujus principium est in ipso sciente singularia, in quibus est operatio ». C'est le texte commenté par S. Thomas, lect. iv. — *Opera omnia* . . . tom. v, p. 82, col. 1.

(3) Cette phrase est une citation presque textuelle de S. Thomas: 1. 2. q. vi, art. 8, au commencement du corps de l'article. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 19, col. 1.

(4) Cet exemple est emprunté à peu près littéralement à l'article de S. Thomas cité tout-à-l'heure; il se trouve à la fin du corps de l'art. 8.

Une distraction des plus malencontreuses a fait omettre au greffier la particule négative, que nous avons rétablie entre crochets pour empêcher un contre-sens qui rendrait le raisonnement inintelligible.

(5) Bréhal cite la pensée de S. Jean Damascène, dont voici le texte (lib. 2 de *fide*, cap. 24):

sat: scienciam enim, non ignoranciam, ligari volumus; (lege « Generali », C. [de] *Tabulariis*, libro x^o; et lege ultima, ff. *De decretis ab ordine faciendis*: c. « Ut animarum », *De constitutionibus*, libro vj^o) (1).

Deinde, coactionem Johanna allegavit dicens, quod jussum sibi fuerat revocare (2); (patet folio cxiiij, d). Jussum autem imponit necessitatem, juxta illud Tullii (in *veteri rethorica*): « Quod imperatur necessarium, quod vero permittitur voluntarium est ». (Ad idem facit lex prima, §. « Si ego quero », ff. *Quod jussu*; c. « Salonitane », lxiiij dist.; c. « Si episcopus », xviiij dist.; c. « De rebus », xij. q. ij) (3). Etiam alibi in ipso processu habetur, (scilicet folio xcviij, etc), quod gentes ecclesiastice fortiter urgebant eam (4); que omnia coactionem seu vim important. Est autem vis impetus majoris rei cui resisti non potest (5), scilicet comode: (ff. *Quod metus causa*, lege j et ij). Quod intelligendum est, secundum doctores, de vi compulsiva per quam cogitur quis ad id faciendum quod non faceret si esset liberi arbitrii.

« Non voluntarium fit per ignorantiam, cum nos ignorantiae causam non praebemus, sed casu res ita contingit . . . Si quispiam, in eum quem consueverat locum sagittas mittens, praetereuntem patrem peremerit, ob inscitiam facinus hoc invite patrasse dicitur ». Migne: P. Gr. tom. xciv, col. 954.

(1) La règle juridique: « Scienti et consentienti », etc. . . est la vingt-septième du titre *De regulis juris*, qui est le dernier du *Sexte*; (p. 840).

La loi « Generali » est la troisième du titre *LXIX De tabulariis* (le greffier avait omis la préposition que nous avons rétablie entre crochets), au X^e livre du *Code*; (p. 671). On y lit ces mots quelque peu différents de l'allégation de Bréhal: « Consensum enim, non ignorantiam, volumus obligari ».

La sixième et dernière loi « Municipii », du titre ix, au livre cinquantième du *Digeste* (p. 1680), contient cette sentence: « Respondit, et hujusmodi poenas adversus scientes paratas esse ».

Une déclaration analogue se trouve dans le chapitre « Ut animarum », qui est le deuxième du second titre, au premier livre du *Sexte*; (p. 13).

(2) Cf. *Summarium*, art. vi. — Rappelons aussi la menace faite par Guillaume Erard lorsqu'il donnait à Jeanne l'ordre de signer la formule d'abjuración: « Facias nunc, alioquin tu per ignem finies dies tuos hodie ». Et tunc ipsa Johanna respondit quod malebat signare quam cremari ». Ainsi parle Jean Massieu dans sa déposition devant les commissaires apostoliques. (Quich. tom. III, p. 156).

(3) Le mot de Cicéron: « Nam id quod imperatur necessarium; illud quod permittitur voluntarium est » se trouve (lib. II *De inventione*, cap. XLIX). — *Œuvres* . . . tom. III, p. 310.

Le §. « Sed (et non pas si) ego quaero » est le deuxième paragraphe de la loi première « Merito », du IV^e titre *Quod jussu*, au XV^e livre du *Digeste*; (p. 586).

Le canon « Salonitanae » est le vingt-quatrième de la soixante-troisième distinction, dans la première partie du *Décret*; (p. 405).

Le canon « Si episcopus » est le treizième de la dix-huitième distinction, première partie du *Décret*; (p. 93).

Enfin le canon « De rebus » est le vingt-deuxième de la seconde question, cause XII, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1239). — Tous ces textes offrent des applications du principe énoncé par Tullius.

(4) Haimond de Macy dit dans sa déposition: « Fuit multum oppressa de se revocando; quae tamen dicebat ista verba: « Vos habetis multam poenam pro me seducendo ». (Quich. tom. III, p. 12).

(5) Cette définition de la violence est le texte même de la seconde loi du titre II *Quod metus causa*, au IV^e livre du *Digeste* (p. 318); sauf le verbe *resisti*, qui est remplacé par *repelli*.

Constat autem, (secundum beatum Thomam, 1^a 2^e q. vj, art. v^o), quod violencia causat involuntarium, quoniam sicut in rebus que cognitione carent violencia aliquid facit contra naturam, ita in rebus cognoscentibus violencia facit aliquid esse contra voluntatem. Commune est enim tam naturali quam voluntario, quod utrumque sit a principio intrinseco. Et ideo, sicut violencia directe opponitur naturali, ita et voluntario (1); ut, sicut quod est violentum est innaturale, ita quod fit per coactionem dicitur esse involuntarium. Et ideo, in *glosa* (super c. « Ita ne », xxxij dist.) (2) habetur, quod non debet dici quis perpetrasset quod nolens fecit, nec debent imputari que per coactionem violentam fiunt: (argumentum, c. « Presbyteros », 1^a dist.).

Allegavit preterea frequenter timorem ac metum, protestans quod quecumque dixit, seu revocavit, hoc solum fecit et dixit pre timore ignis (3); et hoc verbum sepius publice iteravit, (ut patet in registro, folio cxij^o, fere per totum). Et rursus, cum alias longe ante ostensa fuissent sibi tormenta quibus, ut ei dicebatur, ad statim exponenda erat, respondit: « Veraciter, si vos deberetis michi facere membra distrahi, et facere animam meam recedere a corpore, ego tamen non dicam vobis aliud ». Et addidit: « Si aliquid de hoc vobis dicerem, postea semper dicerem quod per vim michi fecissetis » (4). (Hoc patet folio xcviij^o, etc.). Ista autem protestatio voluntatis ab ante facta per totum presumitur durare; (ut c. « Lotharius », xxxj. q. ij), ubi ponitur casus valde expressus de Teberga regina, que, vi coacta, adversum se composuit piaculum, et tandem dixit: « Si amplius compulsus fuero, scitote non veritate, sed timore mortis et evadendi studio, quod aliter non possum, quod volueritis dicam » (5).

Est autem metus, tam secundum leges quam secundum jura, trepidatio mentis causa periculi instantis vel futuri. Sufficiensque metum inducit, non solum periculum persone, sed etiam rerum: (ff. *Quod metus causa*, lege prima in fine) (6). Habetque metus in se justam ignorantiam, (ut eadem rubrica, lex « Si tamen », §. « In hac ») (7). Unde et Julius Celsus, (libro

(1) Les trois phrases qui précèdent jusqu'ici sont presque littéralement de S. Thomas, mais elles sont disposées par Bréhal dans un ordre absolument inverse à celui qui a été suivi par le saint docteur: 1. 2. q. vi, art. 5 in corp. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 17, col. 2.

(2) La référence est manifestement fautive; il faut lire: xxxii. q. v. Le canon « Itane » est en effet le troisième de la question v, cause xxxii, dans la seconde partie du *Décret*, et la *glose* marginale (p. 1999) dit exactement ce que Bréhal rapporte ici.

L'application de ce même principe fournit la solution du cas proposé dans le canon « Presbyteros », qui est le trente-deuxième de la cinquantième distinction, dans la première partie du *Décret*; (p. 315).

(3) Cf. *Summarium*, art. vi.

(4) Séance du mercredi 9 mai. Cf. Quicherat: *Procès* . . . tom. 1, p. 400.

(5) Bréhal résume fidèlement le canon « Lotharius », qui est le quatrième de la seconde question, cause xxxi, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1959). Il cite textuellement les paroles de la reine.

(6) La référence aurait été mieux placée à la suite de la définition que Bréhal donne de la crainte; car cette définition est précisément empruntée au texte de la loi: « Ait praetor », qui est la première du titre II *Quod metus causa*, au IV^e livre du *Digeste*; (p. 318).

(7) L'abréviation du manuscrit signifie certainement: *rubrica*, et non pas *registrata* comme lit M. Lanéry d'Arc. Il s'agit probablement ici de la loi « Si cum exceptione » (et non, *si tamen*),

quarto), ait: « Terror hominibus consilium mentemque eripit, et membra debilitat » (1). Tullius etiam, (premo libro *Tusculanarum*), dicit: « Inest homini sepe omnis animi contractio ex metu mortis »; et ideo, juxta eundem Tullium, libro primo *De officiis*, « in illis promissis standum non est, que quis metu coactus vel dolo deceptus promisit » (2). Omnia namque verba, metu mortis prolata, omnem effectum propter inherens vicium reddunt nullum: (c. « Justum », xj. q. iij; c. « Notificasti », xxxij. q. v; cum multis similibus) (3). Unde etiam, qui incarceratus aut obsessus tenetur quicquid facit per justissimum metum facere dicitur: (ff. *Qui metus causa*, lege « Qui in carcerem »; et c. « Accedens ». *De procuratoribus*) (4). Ymo, quicquid fit aut dicitur metu durante, per metum fieri aut dici presumitur: (C. j, *De hiis que vi metusve causa fiunt*) (5).

Preterea, non prejudicat ei qui per metum aliquid facit, neque quidem ad penam, neque ad infamiam. Unde beatus Augustinus ad Severum episcopum ita scribit, (et habetur c. « Inter cetera », xxij. q. iij.): « Non enim ullo modo ad obprobrium coacte voluntatis trahitur quod illicita condicio necessitatis extorsit » (6). Et (c. « Cum per bellicam », xxxiiij. q. j), dicitur: « Inculpabile judicandum est quod necessitas intulit ». (Idem etiam in c. « Merito », xv. q. j; c. « Ille autem », xxxij. q. v; c. « Nunc autem », xxj dist.; c. « Eos quos », et c. « Inter ceteras », *De consecratione* dist. iij) (7). Sed et textus valde expressus est Alexandri pape (in c. « Si sacerdotibus », xv. q. vj.) [f^o cxcvj v^o] ubi sic dicitur:

qui est la treizième du même titre II, au IV^e livre du *Digeste*; (p. 321). Car le paragraphe troisième: « in hac actione », renferme les mots allégués par Bréhal: « cum metus habeat in se ignorantiam... »

(1) Le texte du jurisconsulte romain a déjà été cité, vers la fin du chap. VII de la première partie de la *Recollectio*.

(2) Tullius (lib. I *Tusculan.* xxxvii): « Quanquam hoc quidem nimis saepe, sed eo quod in hoc inest omnis animi contractio ex metu mortis ». Œuvres de Cicéron . . . tom. xxiv, p. 98.

Tullius (lib. I *De Officiis*, x): « Jam illis promissis standum non esse, quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit? » — Œuvres . . . tom. xxvii, p. 304.

(3) Les deux canons allégués sont extraits de la seconde partie du *Décret*: l'un, « Injustum » (ici encore le greffier a omis la particule négative) est le quatre-vingt-neuvième de la question troisième, cause xi (p. 1195); l'autre, « Notificasti » est le deuxième de la question v, cause xxxiii; (p. 2233).

(4) La loi « Qui in carcerem » est la vingt-deuxième du second titre; *Quod* (et non pas *Qui*): *metus causa*, au IV^e livre du *Digeste*; (p. 323).

Le chapitre « Accedens » est le dixième du titre xxxviii *De procuratoribus*, au livre premier des *Décretales*; (p. 468).

(5) Il s'agit de la première loi « Persecutionem » du titre xx, au second livre du *Code*; (p. 139).

(6) Cette phrase se lit en effet textuellement dans le canon « Inter caetera », qui est le xxii de la quatrième question, cause xxii, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1581). Mais nous ne l'avons pas rencontrée dans la lettre de S. Augustin à laquelle Bréhal renvoie.

(7) Le canon « Cum per bellicam » est le premier de la question première, cause xxxiv, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 2245). A cette même seconde partie sont empruntés les canons « Merito », premier de la question première, cause xv (p. 1331); et « Illae autem », quatorzième de la question v, cause xxxii; (p. 2005).

« Confessio non compulsa, sed spontanea fieri debet. Omnis enim confessio, que fit ex necessitate, fides non est. Pessimum itaque est de suspicione aut extorta confessione quemquam judicare » (1). Et sequitur : « Scripture quocumque modo per metum aut fraudem aut per vim extorte fuerint, vel, ut se liberare possint, quocumque ab eis scripte vel roborate fuerint ingenio, ad nullum eis prejudicium aut nocumentum valere eis censemus, neque ullam ex eo debere infamiam vel calumpniam referre ». Et hiis etiam addendum est, quod minor metus excusat feminam quam virum : (c. « Cum locum », *De sponsalibus* ; argumentum : c. « Indignantur », xxxij. q. vj) (2).

Concluditur itaque, quod hec revocatio non solum nulla, sed et iniqua fuit, cum hec omnia concurrerint, videlicet fraus, vis ac metus, que secundum canones equiparantur, (ut notat Archidiaconus super verbo « Non vi », c. « Quamvis », *De pactis*, libro vj^o ; argumentum ad hoc, c. « Reintegranda », iij. q. j) (3).

OCTAVUM CAPITULUM

Hujus secunde partis est de pretenso relapsu contra Johannam.

Pretenderunt denique hii judicantes Johannam in heresim fuisse recidivam, seu in errorem pristinum relapsam. Et quamvis hoc esse falsum ex precedentibus aliquo modo appareat, tamen circa hoc duo pro nunc videnda sunt : videlicet, quomodo et quando dicitur quis relapsus in heresim ; et secundo, unde isti fingunt Johannam fuisse relapsam. Non intendi-

Le canon « Nunc autem » est le septième de la XXI^e distinction dans la première partie du *Décret* ; (p. 119).

Enfin le canon « Eos quos » est le cent-dix-huitième, *De consecratione* ; dist. iv, dans la troisième partie du *Décret* ; (p. 2487).

(1) Lan. : quemcumque judicare. — Sauf de légères variantes, c'est le texte même du canon « Si quandoque a sacerdotibus », premier de la sixième question, cause xv, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 1349).

Toute la phrase citée après : « Et sequitur », est également empruntée à ce canon ; seulement elle se trouve au commencement, et non pas à la suite de celles qui viennent d'être alléguées.

(2) Le chapitre « Cum locum » est le quatorzième du premier titre, au quatrième livre des *Décretales* ; (p. 1429). Il y est question d'une cause matrimoniale, où le consentement serait vicié par la crainte ou la violence à l'égard d'une jeune fille.

Bréhal allègue en outre comme preuve de son assertion le canon « Indignantur », qui est le quatrième de la sixième question, cause xxxii, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 2014). Il fait allusion aux paroles qu'on y lit : « magis ad eos [viros] pertinet et virtute vincere, et exemplo regere foeminas ».

(3) Dans ses gloses sur le *Sexte*, l'Archidiacre fait cette remarque sur le mot : *Non vi* : « Nota quod Canon ista tria aequiparat, scilicet vim, metum et fraudem » (f^o 56, col. 3).

Le chapitre « Quamvis », sur lequel l'Archidiacre a fait cette remarque, est le second du titre xviii, au premier livre du *Sexte* ; (p. 276).

Le canon « Redintegranda » est le troisième de la première question, cause iii, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 901). Il décide qu'on doit rendre leurs biens aux évêques dépouillés par ruse, violence, ou tout autre cause injuste. — A l'exemple de l'Archidiacre, Bréhal l'allègue comme preuve de sa conclusion.

mus autem hic loqui de recidivo in peccatum, sed appropriare potius secundum modum juris de relapsu in heresim, seu in errorem periculosum perprius abjuratum.

Sciendum itaque, (secundum Archidiaconum et Johannem Andree, in c. « Accusatus », *De hereticis*, libro vj^o), quod non potest dici vere relapsus de quo non constat quod ante fuerit lapsus, sicut dicit canon quod non potest dici renatus qui prius non fuerit natus, sicut neque potest dici regeneratio in quo generatio non precessit : (*De consecratione*, dist. iij, c. « Qui in maternis ») (1). Secundum hoc autem, ex verbis premissis *Decretalis* potest elici, quod tribus modis dicitur aliquis relapsus.

Primo, cum quis accusatus de heresi, vel suspectus contra quem fuit vehemens suspicio, heresim in judicio abjuravit, postea committit, in ipsam censi debet quadam juris fictione relapsus, licet ante abjuracionem plene probatum non fuerit crimen heresis contra ipsum. Si autem levis et modica fuit suspicio, tunc non debet puniri pena relapsorum. In hoc ergo primo, ad hoc quod aliquis proprie et vere dicatur relapsus, requiruntur aliqua, etiam secundum Archidiaconum, videlicet : quod sit violenta presumptio ; quia propter suspicionem non sufficienter probatur hoc crimen : (per c. « Litteras », *De presumptionibus* : ad quod etiam multum facit quod legitur et notatur in c. « Inter sollicitudines », *De purgatione canonica*) (2). Requiritur etiam, quod ex dictis testium ipsa suspicio orta sit, que faciat plenam criminis probationem ; alias, si non fuerit plena et talis per quam potuisset condemnari, (juxta c. « Veniens », *De testibus*,) sola juris fictione censebitur relapsus, (ut in dicto textu exprimebatur). Unde, (super verbo « Fictione »), notat Archidiaconus, quod caute dicit, quia secundum rei veritatem, ubi de relapsu accusati non constitit a principio, (ut xv. q. ultima, c. ultimo in fine), etiam postquam abjuravit heresim de qua erat infamatus, sive canonice se purgavit, debuit nichilominus denunciari vir boni testimonii : (xv. q. v. c. j. ; ad idem, ij. q. v. c. « Habet hoc », et c. « Omnibus » in fine ; *De purgatione canonica*, c. « Ex tuarum »). Neque enim potest dici iste vere relapsus : (argumentum optimum, *De consecratione*, dist. iij, c. « Si baptizata », verbo « Sacramentum » ; et c. « Qui in maternis ») (3).

(1) Le chapitre « Accusatus » est le huitième du second titre, au Ve livre du *Sexte* ; (p. 620). — Il s'agit de la fiction de droit, par laquelle un accusé qui était suspect d'hérésie est censé relaps, s'il a abjuré pendant le jugement et commis ensuite le péché d'hérésie.

Le canon « Qui in maternis » est le cent-quinzième de la iv^e distinction *De consecratione*, dans la troisième partie du *Décret* ; (p. 2487). La glose de Jean André lui emprunte textuellement la comparaison citée ici.

Toute cette phrase de la *Recollectio* est une reproduction fidèle du commentaire fait par Jean André ; Voir : *Liber sextus Decretalium*... p. 339, col. 2. — La glose de Jean André se trouve aussi dans Nicolas Eymeric : *Directorium*... p. 185, col. 1.

L'archidiacre s'exprime dans le même sens, et c'est principalement son texte qui est cité dans le cours de cette discussion sur le relaps. Voir son ouvrage sur le *Sexte*, pp. 111-114. — Plusieurs passages sont reproduits aussi dans Nicolas Eymeric : *Directorium*... pp. 200, col. 2, et 201 col. 1.

(2) Le chapitre « Litteras » est le quatorzième du titre xxiii *De presumptionibus*, au second livre des *Décretales* ; (p. 792). Le chap. « Inter sollicitudines » est le dixième du titre xxxiv, au Ve livre des *Décretales* ; (p. 1841).

(3) Tout ce passage, y compris les références du droit, est littéralement extrait de l'Archidiacre.

Secundo, dicitur relapsus qui in una heresis specie vel secta commisit, aut in uno fidei articulo vel sacramento erravit, et postea heresim simpliciter vel generaliter abjuravit, et post in aliam speciem heresis vel sectam incidit, censetur relapsus. Et idem est, secundum Archidiaconum, si tantum unam speciem abjuravit, et deinde in aliam speciem heresis incidit. Sciendum tamen, quod formaliter et per se dicitur relapsus, qui in eundem errorem, quem alias detestando abjuravit, postmodum reincident. Alio autem modo dicitur quasi per consequentiam et materialiter relapsus, qui unam heresis speciem abjuravit, et in aliam speciem postea labitur. Nam talis quasi consecutive dicitur relapsus, et hoc propter unitatem fidei ac medii ejus et ratione connexionis articulorum ad invicem; quia qui errat in uno, aut unum discredat, cadit a tota fide infusa. Et etiam hoc dico propter convenientiam hereticorum, qui habent, ut vulpes Sampsonis, caudas ad invicem colligatas, et conveniunt de vanitate in idipsum: (c. « Excommunicamus », circa principium, *De hereticis*) (1).

Tercio, potest dici relapsus ille, de cujus heresi ante abjuracionem constiterat, vel modo constat, et post illam hereticos receptat vel associat, munera eis dat, seu favorem impendit qui excusari non possit. Etiam sine abjuracione merito debet judicari relapsus, quoniam dubium non est quin ex approbati prius a se erroris consequentia id faciat.

Hii namque tres modi expresse leguntur in predicta *Decretali* « Accusatus »; nec inveniuntur secundum canones alii preter ipsos. Et istud, cum sit novum jus, videtur declarare illud antiquum, (in c. « Ad abolendam », §. « Illos vero », *De hereticis*) (2), ubi in quadam generalitate agitur de pena reincidentium in heresim.

Si quis vero actente consideret nullo modo poterit invenire quod Johanna, secundum aliquem predictorum modorum, non solum vere aut realiter, sed neque aliqua ju-

(loc. cit.). Nous n'avons donc qu'à compléter les indications à l'aide desquelles on pourra contrôler les textes.

Le chapitre « Veniens » est le dixième du titre xx, au second livre des *Décretales*; (p. 709).

Le dernier canon, cinquième de la dernière question (iv), cause xv, dans la seconde partie du *Décret* (p. 1361), se termine par ces mots: « Non statim qui accusatur reus est; sed qui convincitur, criminosus ».

Au canon premier de la question v, cause xv, dans la seconde partie du *Décret* (p. 1347), on trouve les mots auxquels l'Archidiaconus fait allusion: « Secreto juramento se purificet; et tu deinceps boni testimonii eum annuntia ».

La question cinquième de la cause seconde, dans la deuxième partie du *Décret*, renferme les deux canons: « Habet hoc », qui est le sixième (p. 807); et « Omnibus », qui est le dix-neuvième.

Le chapitre « Ex tuarum » est le huitième du titre xxxiv, au Ve livre des *Décreeales*; (p. 1839).

Dans la troisième partie du *Décret*, *De consecrat.* dist. iv, on trouve les deux canons: « Si baptizata », qui est le cent-trente-deuxième (p. 2499); et « Qui in maternis », qui est le cent-quinzième; (p. 2487).

(1) Il y a deux chapitres « Excommunicamus », le treizième et le quinzième, au titre vii *De haereticis* du cinquième livre des *Décreeales*; (pp. 1680 et 1686). Tous les deux parlent des hérétiques: « facies quidem diversas habentes, sed caudas ad invicem alligatas ».

(2) Le chapitre « Ad abolendam » est le neuvième du titre vii, au cinquième livre des *Décreeales*; (p. 1672). — Le paragraphe dont il est ici question commence par les mots: *Illos quoque*; le greffier a mis *vero* par inadvertance.

ris fictione potuerit censi relapsa; quia ex premissis manifeste apparet, quod in omnibus etiam supra communem modum femine talis condicionis, pericie aut etatis, maxime catholica et fidelis semper et usque ad supremum vite spiritum reperta fuit. Sed, quod multo mirabilius est, licet arduis et difficilibus quesitis per longum processus impetita fuerit, in nullo tamen responso invenitur a fidei rectitudine deviasse; dicuntque qui presentes fuerunt, quod vix etiam doctissimus ac peritissimus homo scivisset, aut potuisset, tantis et tam subtilibus questionibus adeo solide ac constanter respondere.

Quod si forte quis objiciat: si non erravit, cur ergo abjuravit, sive abjuracioni se submisit, ymo et abjuracionis licetam cyrographo suo obsignavit? Ad hoc satis jam responsum est in precedenti capitulo. Et ulterius dicitur, quod impericia eam salvat; quia ignorancia facti etiam prudentissimos fallit: (lege « In omnibus », [f^o cxcvij r^o] ff. *De regulis juris*); ac etiam etatis inferioritas, quoniam minoribus xxv annorum jus ignorare permissum est: (ff. *De juris et facti ignorancia*, lege « Regula ») (1).

Et absque ulteriori allegacione sufficere satis credo ad qualitatem hujus pretensi relapsus inducere ea que in registro processus et in informacionibus super isto relapsu inveniuntur; quod erat secundum in hoc capitulo adducendum. Nam, si quis attendat, solum super duobus hunc relapsus isti fundare pretendunt, videlicet super resumptione habitus virilis, et ad suas visiones atque revelaciones constanti inhesionem (2). Sed ex hiis quis, oro, concludet recidivam in heresim, cum ista ad fidem catholicam de se non pertineant, aut neque etiam dependeant, ut late superius deductum est? Absurdum namque est heresim convincere velle, ubi in fide nullum imminet periculum. Unde, cum in istis nichil omnino reperiatur a catholica veritate repugnans, ymo potius e diverso, ut probatum est, omne illud quod ex istis ejus assertis habetur, est miro modo christiane pietati consonans ac publice utilitati cooperans, non potest siquidem circa ea nisi maliciose in heresim lapsus aut relapsus fingi.

Et dico ulterius, quod si Johanne responsa, quo ad hec duo habita seu data, pie ac sobrie pensentur, nedum ex illorum pietate ipsa ab errore in fide penitus absolvetur, sed etiam a noxa saltem mortalis culpe immunis reddetur. Dixit enim sepius, quod non ex humano consilio virilem vestem assumpserat, sciebatque modum quo illam susceperat, sed quatenus dimictere deberet, aut quando, ignorabat, inferens quod habitus ille finibus sue legacionis congruebat, quam necdum, ut apparet, peractam credebat. Et de hiis satis superius diximus.

Sed hoc loco causam habitum viri resumendi adjecit, dicens quod ideo fecit, quia non fuerat sibi observatum promissum, presertim quo ad carceres quos requisiverat deinceps habere gratiosos et ecclesiasticos, et ob hoc maxime quia magis licitum seu conveniens sibi erat inter viros existens vestem viri habere quam mulieris (3). Et ad istam responsionem

(1) La loi « In omnibus » est la soixante-huitième du titre xvii *De diversis regulis juris antiqui*, au cinquantième livre du *Digeste*; (p. 1722).

La loi « Regula » est la neuvième du titre vi, au livre xxii du *Digeste*; (p. 741).

(2) Cf. Quicherat: *Procès* . . . tom. I, pp. 454 et seqq.

(3) Cf. *Summarium*, art. vi. — La correction grammaticale demanderait: *existenti*.

comprobandam plane faciunt testium deposiciones dicencium, quod per aliquos etiam magnates anglicos fuerat in eo carcere sua pudicitia vehementissime intemptata. Quis ergo eam, nisi vesanus sit aut certe delirus, ex hoc reprehensibilem, an non potius summe commendabilem existimabit, quia, ut possibili virtute virginitatem tutaretur, vestem defensionis commodiorem et a concupiscencia excitanda detractionem corripuit et induit? Absit, ut que propter bonum facimus nobis ad culpam imputentur: (c. « De occidendis », xxij. q. v) (1).

Superadditur denique ex informacionibus et altera hujus legitima causa (2), quia videlicet fuerat ei per custodes muliebris vestis sublata et virilis superposita; de quo licet querulose causaretur, nichilominus purgandi ventris necessitate compulsus, utque in secessum pergeret, amictum virilem ibi in dolo appositum supervestiens, ex eo in heresim relapsa insolenter proclamata et impie adjudicata fuit. Sed quam stolidum hoc sit, nemo qui sapit ignorat.

Aliud autem, quo eam finxerunt relapsam, fuit causa inhesionis ad suas revelaciones, que tamen, si secundum universas earum circumstantias debite attendantur, profecto ille non solum reales, solide et vere, sed et sane atque sancte deputabuntur. Propter quod, si ipsis constanter atque perseveranter adhesit, laudi non crimini, virtuti non temeritati, religioni non errori, pietati non pravitati, potius ascribendum est.

Sed de hujusmodi revelacionibus ea, que superius dicta sunt, credimus sufficere.

NONUM CAPITULUM

De interrogantibus, ac difficilibus interrogatoriis Johanne factis.

Porro, antequam veniamus ad qualitatem sentencie, satis congruit aliquid sub brevitate videre de interrogantibus, de consulentibus in causa, atque de deliberantibus; quoniam ex hoc magis patebit equitas aut iniquitas istius iudicii.

Et in primis, quo ad interrogantes Johannam et interrogatoria sibi facta, satis apparet ex registro et informacionibus iniquitas cause (3). Reperitur namque, quod in consistorio numerosissimi celus prelatorum ac doctorum vicissim et per varios fuit interrogata; ferturque quod nonnumquam confuse plurimum, plurimum ac inordinate examinabatur, sic utpote quod multi et uno impetu simul diversa questionum jacula immiclerent, et priusquam uniorum simpli[c]issima puella partim respondisset, alter alterum quesitum, aut catervatim pariterque multi responsa interrumpentes, hinc inde adversus eam missilia questionum importuna contorquebant, ita etiam ut a quibusdam melioribus animi ingens et publica de im-

(1) La phrase est empruntée au canon « De occidendis », qui est le huitième de la question v, cause xxiii, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1661).

(2) Cf. *Summarium*, art. vi.

(3) Nous avons cité plus haut (voir les notes du second chapitre, deuxième partie de la *Recollectio*) un certain nombre de témoignages relatifs aux interrogatoires. Nous y renvoyons le lecteur.

portunitate murmuratio suscitaretur. Sic equidem per semestre tempus (1) pudica virgo et mansueta certatim aggressa fuit; quod sane quam inhumanum sit ac iniquum, quippe et a debita tante rei sobrietate atque interrogancium exacta gravitate dissonum et insulsum, evidens quidem est ac manifestum. Nam ex modestia et suavitate querendi surgit plerumque intelligencia quesiti et firmior auctoritatis respondendi (2). Unde Origenes: « quippe doctrine fonte manat et interrogare et respondere sapienter ». Sed ne forte in aliquem videar invector contumeliosus, potius ad interrogatoriorum qualitatem venio, de quibus series registri indubiam fidem facit: quorum quedam nimis subtilia seu difficilia sunt, quedam autem involuta seu captiosa, quedam namque ad rem ipsam impertinentia, ymo frivola penitus atque superflua.

Reperiuntur enim aliqua sibi facta interrogatoria adeo difficilia et ardua, ut etiam vir non mediocriter doctus vix scivisset in promptu respondere, ut est: an credat quod Deus formaverit spiritus angelicos in effigie corporali, prout sibi apparebant; quid senciebat de papa, et quem credebat esse verum papam; an crederet sacram scripturam esse revelatam a Deo; an crederet quod ecclesia non possit errare; an crederet quod esset aliqua ecclesia militans in terris; an sciret se esse in gracia Dei, et numquam peccasse mortaliter; et multa similia. Istud autem clarum est discrepare et a reclinudine et a temperancia veri iudicii, ut scilicet quis ultra capacitatem interrogacionibus vexetur aut honeretur, presertim in foro ecclesiastico et in causis spiritualibus, ubi omnino subtiliter vel astute inquirendum prohibetur, sed pure ac simpliciter: (ad quod facit optime capitulum « Dilecti filii », *De appellationibus*) (3). Quinimo, etiam et secundum leges civiles, in causis [f° cxcvij v°] spiritualibus subtilitates reprobantur: (ut lege « Sunt persone », ff. *De religiosis*; ff. *Ad legem Aquiliam*, lege « Ita vulneratus », §. ultimo) (4). Cum enim de bona fide agitur, non est de legis apicibus

(1) L'expression « pendant un semestre » ne doit pas être prise à la lettre. Bréhal l'emploie dans le sens académique comme on dit le premier ou le second semestre de l'enseignement scolaire, sans se préoccuper de l'exactitude rigoureuse des dates. En réalité, Jeanne d'Arc fut amenée prisonnière à Rouen vers la fin de décembre 1430. Le procès, commencé quelques jours après, se termina le 30 Mai 1431 par le martyre de la Pucelle.

(2) C'est par une faute manifeste que le greffier a écrit: auctoritatis. On doit lire le mot au nominatif: firmior auctoritas.

Le texte d'Origène (*hom. 19 in Luc.*) doit être lu ainsi: « Ex uno quippe doctrinae fonte manat et interrogare et respondere sapienter ». Migne: P. Gr. tom. XIII, col. 1851. — Le greffier a omis les deux premiers mots, ce qui rend la citation moins intelligible.

Il est vraisemblable que Bréhal a emprunté ce passage à la *Chaîne d'Or* de S. Thomas (sur le deuxième chapitre de S. Luc): *Opera omnia*... tom. XVII, p. 32, col. 1.

(3) Au second livre des *Décreeles*, le titre xxviii *De appellationibus* renferme trois chapitres qui commencent par les mots « Dilecti filii »: le premier (p. 905); le cinquante-deuxième (p. 947), et le cinquante-sixième (p. 972). Aucun d'eux ne paraît se rapporter à l'assertion de Bréhal. Nous croyons qu'il s'agit plutôt du chap. « Dilecti filii », du titre I *De iudiciis*, au second livre des *Décreeles*; car on y trouve la recommandation expresse: « Ne ita subtiliter... inquiratis, sed simpliciter et pure ».

(4) La loi « Sunt personae » est la quarante-troisième du titre VII, au livre onzième du *Digeste*; (p. 505). La loi « Ita vulneratus » est la cinquante-et-unième du titre III, au livre IX du *Digeste*;

disputandum : (ff. *Mandati*, lege « Si fidejussor », §. « Quedam ») (1). Sed et maxime derogat negocio sancte inquisitionis, in quo, (secundum beatum Thomam, 2^a 2^o q. ij, art. vj^o) non sunt examinandi simplices de subtilitatibus fidei, nisi quando habetur suspicio quod sint ab hereticis depravati, qui in hiis que ad subtilitatem fidei pertinent solent fidem simplicium depravare; qui tamen, si inveniuntur non pertinaciter perverse doctrine adherere, si in talibus ex simplicitate deficiant, non eis imputatur (2). Unde etiam, quod simplices accusati de heresi examinantur per ecclesiam de articulis fidei, non ideo est, secundum eundem doctorem (3), quia teneantur omnes articulos fidei explicite credere, sed quia tenentur non assentire pertinaciter contrario alicujus articulorum. Unde et tales simplices, si deviantes reperiantur, non ideo dampnantur quia nesciunt articulos, sed potius si pertinaciter defendant ea que sunt contraria articulis; quod non facerent, nisi per heresim fidem corruptam haberent. Ex quibus patet, quia de articulis fidei simplices examinantur, ut scilicet probetur si aliquid contrarium teneant, sed non de subtilitatibus fidei et articulorum, nisi vehemens presumptio esset quod circa hujusmodi essent ab hereticis corrupti; quod certe hic locum non habebat, ut facile perpendi poterat, et satis ostensum est. Quanto ergo minus super premissis et consimilibus debuit Johanna examinari (4), que non solum nimis subtilia dignoscuntur, sed etiam neque articulos fidei in pluri parte, aut dependencia ex illis, respicere comperiuntur, ut de se patet.

Fuerunt etiam interrogatoria plura involuta et captiosa sibi facta, puta : si spiritus ei apparentes loquebantur ydioma gallicum vel anglicum; an Deus odio haberet anglicos et burgundos; an illi de parte Francie firmiter crederent eam esse missam a Deo; an cognosceret animos illorum de parte Francie qui osculabantur manus ejus; si preeligeret non audire missam, vel recipere sacram communionem, quam dimictere habitum virilem; si de omnibus dictis et factis suis vellet se submictere judicio ecclesie; et plurima hujusmodi, que si actente considerentur, valde quidem saltim tali persone dubia erant et obscura, ymo certe captiosa et perplexa. Quod nimirum, ut prius, plane indignum est et iniquum; quoniam veritatis amica simplicitas nullis verborum fallaciis, nullis appetit ambiguitatum involueris obfusari : (*De jurejurando*, c. « Veritatis »); et potissimum in causa fidei, in qua expresse mandatur procedi simpliciter : (c. ultimo, *De hereticis*, libro vj^o) (5). Simpliciter quidem,

(p. 459). Elle n'apporte dans son dernier paragraphe qu'une preuve indirecte à l'assertion de Bréhal, que la loi « Sunt personae » confirme directement.

(1) On lit en effet au §. 4 : *Quaedam*, la règle juridique alléguée par Bréhal. La loi « Si fidejussor » est la vingt-neuvième du premier titre, au livre XVII du *Digeste*; (p. 640).

(2) C'est à peu près la lettre même de la réponse ad 2^m : 2. 2. q. II, art 6. *Opera omnia*... tom. XXI, p. 7, col. 2.

(3) Ici Bréhal cite probablement de mémoire, et sans avoir le souvenir précis de l'endroit où il a puisé cette doctrine. On retrouvera non seulement la pensée, mais la plupart des expressions de S. Thomas dans les *Questiones disputatae* (*De Veritate*, q. XIV, de fide, art. XI ad 5^m). *Opera omnia*... tom. XII, p. 763, col. 1. — Voir aussi : in 3^m *Sentent.* dist. XXIV, q. 2, art. 1 ad 1^m *quaestiuiculae* 3... tom. IX, p. 275, col. 1.

(4) Lan. : interrogari.

(5) Le chapitre « Veritatis », quatorzième du titre XXIII *De jurejurando*, au second livre des *Dé-*

(ut notat Bonifacius, in *Clementina* « Sepe » *De verborum significatione*), id est, clare et lucide, absque omni involucone seu intricacione, quemadmodum et simpliciter credere teneatur : (ut c. « Firmiter », *De summa Trinitate*) (1). Simplicibus quippe verbis fides est proponenda : (c. « Qui episcopus », xxij dist.); et generaliter numquam per extranea verba aut quesita est res proponenda, sed pro veritate mota : (c. « Relatum », xxxvij. dist.) (2). Unde per hunc modum simplicibus in dolo laqueus pararetur; quod esse non debet : (c. « De viduis », xxvij. q. j) (3). Unde et beatus Jeronimus ait quod prima virtus respondentis est interrogantium mentes cognoscere (4). Judex namque ecclesiasticus, sic ex astucia procedens, videtur non tam ignorantium simplicitati insidiari quam illorum saluti calumpniose emulari. Nam ex hujusmodi ambiguis interrogatoriis, dum simplices obscuram intelligenciam illorum non perciperent, possent facillime in responsis deviare : unde malignus et iniquus judex mox contenderet quasi pro impietatis errore innocentum simplicitatem crudeliter dampnare; quod sub magnis penis fieri, presertim in causa fidei, districtissime prohibetur (in *Clementina* « Multorum », *De hereticis*), ideoque omnis interrogacio captiosa de jure reprobatur, (juxta notata per Speculatorem. titulo *De positionibus*, §. vij^o, verbo « Considerandum ») (5).

crétales (p. 806), commence précisément par les mots : « Veritatis amica simplicitas », que Bréhal vient d'alléguer.

Le vingtième et dernier chapitre « Statuta » du titre II *De haereticis*, au Ve livre du *Septe*, (p. 644) est expliqué ici, quant au mot *simpliciter*, d'une manière qui répond par avance à la fautive interprétation des adversaires de l'inquisition et du droit ecclésiastique.

(1) C'est probablement le texte même de la glose de Boniface Amanati, dont nous n'avons pu voir l'ouvrage. Le chapitre « Saepe » est le second du titre XI *De verborum significatione*, au Ve livre des *Clémentines*; (p. 332).

Le Chapitre « Firmiter » est le premier du premier titre, au premier livre des *Décétales*; (p. 7).

(2) Le canon « Qui episcopus » est le premier de la XXIII^e distinction, dans la première partie du *Décret*; (p. 129). Il recommande d'examiner les qualités de celui qui doit être élevé à l'épiscopat, et, entre autres choses, « si fidei documenta verbis simplicibus asserat ».

Magis itaque puto, quod per qualitatem persone notant ipsius Johanne vivendi seu conversandi ritum quem ipsa habebat, videlicet habitum viri et arma gestando, bellis et arduissimis rebus supra condicionem femine seipsam immiscendo. Sed haud dubie divinis oraculis atque revelacionibus ista minime prejudicant ; ymo potius quandoque Dei occulto nutu hec et multo majora atque mirabiliora fiunt. Itaque, salva eorum pace, pie magis attendere debuissent ipsius Johanne vitam, etiam non obstante sue missionis admirabili exercicio, innocentissime actam, utpote simplicitatem ipsius, inodestiam, humilitatem, tolleranciam, virginitatem ac pudiciam, sed, et quod multo prestancius est, ad Deum, ad fidem et ecclesiam summam religionis pietatem, quippe et ad omnes mansuetudinem et caritatem.

Quod vero si dicant : hec nequiquam audivimus, ista non cognovimus, aut etiam eorum aliquod vel simile quandoque nobis de illa innotuit, ut debite patefactis nobis viciis pretactas virtutes divinare potius debuerimus. Dicitur quod, celebri et publica fama currente, et multo hiis majora de ipsa electa puella undeque tunc predicante, quatenus, queso, ista eos latere potuit ? Nam dumtaxat apud manifestos hostes culpe notam habuit ; erga vero alios quoslibet semper virtuosa, innocens et pudica proclamata fuit. Unde, quid in contrarium clarissime fame agendo istorum consciencia dictaret, seu etiam illorum determinacioni quale testimonium ad intra redderet, novit ille qui nichil ignorat, quique solus cordium penetrator [f^o cxcix v^o] est et arbiter inobliquabilis.

Ut tamen multa istud concernencia, et quidem in processu luculenter expressa, ductus sobrietate transeam, hoc permaxime admiror professores divine scripture ac celestis sapiencie precones sic faciliter et aspere de exili persona, hujuscemodi negocia inaudita et cunctis admiranda feliciter gerente, malum potius quam bonum etiam contra famam publicam judicasse, presertim cum sciencia theologie, non modo summe gravitatis, sed et rectissime equitatis ac piissime caritatis censeatur esse. Unde ejus autor filius Dei in evangelio leve, temerarium, suspiciosum ac presumptuosum prohibet judicium, (*Mathei* vij^o et *Johannis* vij^o) (3). Plurimum etiam egregie ait sanctus doctor, (2^a 2^e q. lx, art. iij^o) (4), quod ubi judi-

(1) Voir surtout I *Cor.* i. 25-29.

(2) Le texte de S. Bernard, ou plutôt de Guigues, cinquième prieur de la Grande Chartreuse, a été cité par Bréhal, au second chapitre de la première partie de la *Recollectio*, ainsi que les annotations faites à ce sujet par Henri de Suze et Jean André, sur le chapitre « Venerabilis ». Nous y renvoyons pour les références.

(3) Cf. *Matth.* vii, 1-2 ; *Joan.* vii, 24.

(4) Tout en citant à peu près littéralement S. Thomas, l'inquisiteur dispose à sa manière les extraits

catur de persona, precipue actenditur bonum vel malum circa ipsum quod iudicatur: quoniam in hoc ipso quis honorabilis habetur quod iudicatur bonus, ex opposito autem contemptibilis si iudicetur malus. Et ideo ad hoc potius tendere debemus, quod hominem iudicemus bonum, nisi manifesta ratio in contrarium appareat. Quoniam ex eo quod aliquis absque sufficienti causa habet malam opinionem de altero, contrariatur ei et contempnit ipsum, cum tamen nullus debeat alium contempnere, aut nocumentum aliquod inferre absque causa cogente. Et ideo, ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicujus, debemus eum bonum habere, semper in meliorem partem interpretando quod dubium est. In quo etiam si aliquis erret, bonum scilicet iudicando de aliqua persona mala, hoc non pertinet ad malum intellectum (1), sicut nec ad ejus perfectionem secundum se pertinet cognoscere veritatem singularium quorumlibet contingencium; sed sic iudicando magis pertinet ad bonum affectum ejus. Unde, et melius est frequenter falli habendo bonam opinionem de persona mala, quam minus sepe falli habendo malam opinionem de persona bona; quia ex isto fieret injuria alicui, et non ex primo. Hec idem doctor. Nam et quod semel malus semper presumatur malus, hoc procedit ex corrupta natura presumentis, ut notat Johannes Andree (in *regula juris*: « Semel malus », libro vj^o); eo quod natura humana prona est ad delicta: (c. « Omnis etas », xij. q. j.). Facilius itaque debet quis presumi bonus quam malus: (c. « Miramur », lxj dist.; c. « Mandata », *De presumptionibus*) (2).

Denique, hii deliberantes ponunt istas revelaciones sub quadam expressa disjunctione, cum tamen sint res excedentes, et que non cadunt sub certa hominis cognitione. Nam, (ut dicit sanctus Thomas in *questionibus De veritate* (3)) revelacio est manifestacio alicujus veritatis supra hominem existentis, ideoque non potest esse certa sciencia de ipsa, nisi per no-

du texte. Il commence par emprunter une partie de la réponse ad 2^m; puis, à partir de *Ex eo quod aliquis absque sufficienti causa...*, il prend le texte du corps de l'article, jusqu'à: *interpretando quod dubium est*. Il se sert ensuite de la pensée exprimée par son maître à la fin de la réponse ad 2^m. Enfin la conclusion: *Unde et melius est frequenter falli*, est extraite de la réponse ad 1^m. — Cf. *Opera omnia...* tom. XXI, p. 118, col. 1.

(1) Il faudrait, pour la vérité du sens philosophique: ad malum intellectus. Le greffier n'y a pas pris garde et a mis le participe au lieu du substantif.

(2) La règle « Semel malus » est la huitième du dernier titre *De regulis juris*, à la fin du cinquième livre du *Sexte*, (p. 791). — La glose de Jean André est ainsi conçue: « Et procedit haec praesumptio, tum ex praesumentis natura corrupta, tum quia natura humana prona est ad delicta »; (p. 419, col. 1). Ce sont les deux raisons alléguées par Bréhal, et la seconde est expressément confirmée par les premiers mots du canon « Omnis aetas » de la question première, cause v, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1207).

Le canon « Miramur » est le cinquième de la soixante-et-unième distinction, dans la première partie du *Décret*; (p. 379). Il est indiqué par les commentateurs comme une preuve de la règle alléguée par Bréhal.

- Il en est de même du chapitre « Mandata » qui est le sixième du titre xxiii *De praesumptionibus*, au second livre des *Décretales*; (p. 787).

(3) Bréhal n'emprunte pas le texte de S. Thomas; il donne seulement le sens de la doctrine exposée: *Quaest. disp. De Veritate*, q. xvi de fide, art. 9 in corp. — *Opera omnia...* tom. XII, p. 759, col. 1.

liciam superiorem a qua inspiracio procedit, sicut neque de hiis que fidei sunt potest haberi clara evidencia. Ait enim sapiens, (*Proverbiorum* xvj^o): « Spirituum ponderator est Dominus ». Propterea, temerariam circa hujusmodi inspirata et revelata sententiam, ymo et curiosam eorum investigacionem, uno verbo apostolus repercutit dicens, (prime *ad Corinthios* j^o): « Que Dei sunt nemo cognoscit nisi spiritus Dei »; et paulo post: « Animalis homo non percipit que spiritus Dei sunt, nec est qui sensum Domini noverit » (1). Ut enim ait Theophilus, « spiritus Domini propria potestate, et ubi vult, et qualiter vult, operatur » (2). Nescis tamen, juxta evangelicam veritatem, unde veniat, aut quo vadat; quia, etsi te presente quempiam repleverit (3), non potest videri quomodo in eum intraverit, vel quomodo redierit, quia natura est invisibilis.

Neque tamen, ex eo quod hujusmodi revelaciones ratione humana non facile concipiuntur, sunt ideo existimande false vel male; quoniam, (ut ait beatus Thomas in *Summa contra gentiles*, lib. j^o cap. iij^o), sicut maxime amencie aliquis ydiota esset, qui ea que a philosopho proponerentur falsa esse assereret, propter hoc quod illa capere non posset; ita multo amplius mirabilis stulticie homo esset, si ea que divinitus angelorum ministerio revelantur falsa esse suspiceretur, ex hoc quod ratione scientium investigari non possunt (4). Propter quod

(1) Le texte des *Proverbes* (xvi. 2) est exactement cité; mais plus loin le greffier a omis un chiffre dans la référence de *l'épître aux Corinthiens*. C'est en effet au chapitre II que se trouvent les paroles alléguées par Bréhal. Il est vraisemblable que l'inquisiteur les a citées de mémoire. Le verset 11 est peu différent: on y lit dans la Vulgate: *cognovit*, au lieu de *cognoscit*. Quant au verset 17, voici la leçon de la Vulgate: « Animalis autem homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi, et non potest intelligere »; et plus loin, verset 16: « Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum »?

(2) Lan.: propria parte. — Le greffier a écrit *Theophilus* au lieu de *Theophylactus*.

Cette phrase est citée par S. Thomas dans la *Chaîne d'Or* (in *Joan.* III), d'où Bréhal l'a extraite probablement. *Opera omnia...* tom. XVII, p. 39. On la trouve un peu différente dans les œuvres de Théophylacte (*Enarratio in Evang. Joan.* cap. III, vers. 8.): « Ventus quo vult spirat; multo igitur magis Spiritus sanctus liberiolem habet motionem, et quo vult, et sicut vult operatur ». Migne: P. Gr. tom. CXXIII, col. 1206.

(3) Lan.: impleverit.

Bien que Bréhal n'ait pas indiqué à quel auteur il a emprunté le reste du paragraphe, et laisse croire qu'il appartient aussi à Théophylacte, il est certain qu'il faut chercher la suite de ce texte ailleurs que dans l'écrivain grec. Nous avons pu en effet le rencontrer dans le Vénéral Bède et dans Alcuin. — Le Vénéral Bède dit dans son *Expositio in Joan. Evang.* c. 3: « Sed nescis unde venit et quo vadat, quia etiam si te praesente quempiam spiritus ad horam impleverit, non potes videre quomodo intraverit, vel quomodo redierit, quia natura est invisibilis ». Migne: P. L. tom. XCII, col. 669. — Alcuin, à son tour, s'exprime ainsi dans son *Commentaire sur S. Jean* (lib. II, cap. v): « Spiritus ubi vult spirat, quia ipse habet in potestate ejus cor gratia suae visitationis illustret. Et vocem ejus audis, cum te praesente loquitur is qui Spiritu sancto repletus est; sed non scis unde veniat aut quo vadat, quia etiamsi te praesente quempiam Spiritus ad horam impleverit, non potest videri quomodo eum intraverit, vel quomodo redierit; quia natura est invisibilis ». Migne: P. L. tom. c, col. 779-780.

(4) La citation de S. Thomas est presque littérale. *Opera omnia...* tom. XIII, p. 7, col. 1.

M. Lanéry d'Arc a omis le mot *scientium* du manuscrit; il s'est contenté de lire ainsi: *rationes investigari non possunt*.

beatus Paulus recte ait, (prime *ad Thessalonicenses* v^o) : « Spiritum nolite extinguere » ; et : « Prophecias nolite spernere » (1). Ubi ait quedam *glosa* : « Deus, qui os asine aperuit, sepe revelat minori quod melius est ». Unde et beatus Augustinus, (iiij^o libro *Confessionum*), de suo statu ante conversionem, quatenus circa hec temerarius fuit, ita profitetur : « Reprehendebam, inquit, cecus pios patres, non solum sicut Deus juberet atque inspiraret utentes presentibus, verum quoque sicut Deus revelaret futura prenunciantes » (2). Et paulo post : « Multa facta, que improbata hominibus videntur, testimonio Dei approbata sunt, et multa laudata sunt ab hominibus, que Deo teste dampnantur ; cum sepe aliter se habeat species facti, et aliter facientis animus, atque articulus occulti temporis. Cum ergo Deus aliquid repente inusitatum et improvisum imperat, etiamsi hoc aliquando vetaverit, quamvis causam imperii sui pro tempore occultet, et quamvis etiam contra pactum sit societatis aliquorum hominum, quis dubitet esse faciendum ? Sed beati qui sciunt Deum imperasse. Hec ego nesciens irridebam sanctos servos et prophetas Dei. Et quid agebam, cum irridebam eos, nisi ut a Deo irriderer » ? Hec Augustinus de seipso. Beatus Paulus etiam, (prime *ad Corinthios*, xiiij^o), dicit : « Si aliquid revelatum fuerit sedenti, prior taceat » ; *glosa* : « id est, detur ei locus, quia aliquando datur minori quod non majori, et inferiori quod non superiori ; aliquando enim sapiencior instruitur de aliquo quod nesciebat per minorem subito inspiratum » (3). Cum ergo non sit data vel dabilis ab homine aliqua regula, qua de bonitate aut veritate hujusmodi revelacionum discerni possit, ideo manifeste presumptuosum apparet in ea re certum dare iudicium, (ut c. « Grave », xj. q. iij) (4). Unde et quidam, sed pauci, alii de deliberantibus hec omnino sub dubio reliquerunt.

Quippe isti parisienses dicunt in prima parte disjunctive quia vel sunt ficta mendacia, seductoria et pernicioosa ; quod certe dicere indignum michi videtur, et hoc quadruplici ratione :

Primo, causa simplicitatis ipsius Johanne ac ipsius parentum, qui nulla prorsus artis pe-

(1) Ce sont les versets 19 et 20 du chapitre v. — La glose alléguée ci-après est celle d'Aimou, évêque d'Alberstadt, déjà citée dans la *Recollectio* à la fin du sixième chapitre de la première partie. Le mot *minori* du manuscrit pourrait être lu : *juniori*, si l'on ne tient compte que du nombre des jambages, identique pour les deux mots.

(2) Cette phrase se lit au 3^e livre des *Confessions* de S. Augustin (chap. vii, n. 14). Migne : P. L. tom. xxxii, col. 690. Bréhal emprunte le passage qui suit au chap. ix, n. 17, sauf la dernière phrase de la citation, qui est du chap. x, n. 18. (Migne : *ibid.* col. 691). — La forme a été modifiée pour remplacer les expressions qui s'adressaient directement à Dieu par manière de colloque.

(3) Le texte de la Vulgate (*I Cor.* xiv. 30) diffère un peu : « Quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat ». La glose alléguée par Bréhal a été empruntée à plusieurs auteurs. Celle de Walafrid Strabon dit seulement : « Datur inferiori, quod non superiori ». Migne : P. L. tom. cxiv, col. 545.

De son côté, Raban Maur (*Enarratio in Epist. Pauli*, lib. xi in Epist. *I Cor.* cap. xiv) s'exprime ainsi : « id est, permittat potior inferiori, ut si potest dicat ; neque aegre ferat, quia potest et illi dari donum ut dicat, cum videtur inferior, quod potiori concessum non est ». Migne : P. L. tom. cxii, col. 435.

(4) Le canon « Grave » est le soixante-quatorzième de la troisième question, cause xi, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 1187). Il confirme la conclusion de Bréhal.

ricia fulti erant. « Cor enim machinationibus tegere, sensum verbis velare, que falsa sunt vera ostendere, que vera sunt falsa demonstrare, hec et hiis similia fecte simulare, ad astuciam seu mundanam sapienciam pertinet » ; (beatus Gregorius in *Moralibus*, exponens illud *Job* xij^o : « Deridetur justi simplicitas ») (1). Unde incredibile est, quod Johanna tot et tanta que gessit et dixit fingere potuerit.

Secundo, ratione infallibilitatis effectuum et eventuum illorum que predixit. Nam, juxta poetam (2), « Exitus acta probant » ; (c. « Quod ait », xxij q. ij), et precedencia probantur per sequencia, (ut ibi notatur. Ad quod facit c. primum, q. j, circa finem) (3).

Tercio, ratione perseverancie et continuitatis in suis mirabilibus agendis. Quod enim humana arte seu adinvencione confictum est diu consistere non potest, juxta illud peritissimi scribe Gamalielis verbum, (quod legitur *Actuum* v^o) : « Si ex hominibus est consilium hoc [f^o cc r^o] aut opus, dissolvetur ; si autem ex Deo est, non poteritis illud dissolvere, ne forte et Deo repugnare videamini » (4). Unde Tullius, (libro ij^o *De officiis*) : Omnia ficta celeriter tamquam flosculi decidunt, nec simulatum quidquam potest esse diuturnum (5). Et Seneca, (primo libro *De clemencia*) : « Nemo potest diu personam ferre fictam. Cito quidem in naturam suam recidunt, quibus veritas non subest ; que autem ex solido nascuntur, tempore in melius proficiunt » (6).

(1) Le texte de S. Grégoire le Grand est emprunté à l'ouvrage indiqué par Bréhal, (lib. x *Moral.* in cap. xii *Job.*, cap. xxix n. 48). Il est probablement cité de mémoire, car il offre une certaine différence de disposition : « Hujus mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quae falsa sunt vera ostendere, quae vera sunt fallacia demonstrare ». Migne : P. L. tom. lxxv, col. 947.

(2) C'est le commencement d'un vers d'Ovide (*Heroid.* ep. ii, vers. 85) ; mais le poète dit au singulier : « Exitus acta probat ».

(3) Le canon « Quod autem ait » est le dix-huitième de la seconde question, cause xxii, dans la deuxième partie du *Décret* ; (p. 1567). On y trouve ces mots : « Non serio, sed joco dictum est, ut exitus docuit ». Et la glose marginale sur le mot *exitus* fait cette remarque : « arg. quod per consequentia probantur praecedentia ».

Quant à la citation : c. primum, q. j, nous ignorons pourquoi M. Lanéry d'Arc l'a remplacée par c. « Achatius », qui est, comme il l'indique en note, le premier canon de la première question, cause xxiv, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 1715). Le manuscrit ne donne pas le chiffre de la cause, et nous ne trouvons à l'endroit supposé rien qui se rapporte au texte de Bréhal. Il nous semble au contraire que le premier canon de la cause première fournit dans sa dernière phrase un exemple du raisonnement dans lequel, comme dit l'inquisiteur, *praecedentia probantur per sequentia*. Nous adoptons donc cette référence qui nous paraît s'accorder avec l'allégation du manuscrit : canon « Gratia », q. i, cause i, dans la seconde partie du *Décret*.

(4) Le texte des *Actes* (v. 38-39) a été probablement cité de mémoire ; car l'ordre de plusieurs mots est interverti ; et Bréhal a écrit : videamini, au lieu de : inveniamini.

(5) Sauf l'interversion des mots, c'est exactement le texte de Cicéron (lib. ii *De officiis*, cap. xii) : « Ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt, nec simulatum potest quidquam esse diuturnum ». Œuvres... tom. xxvii, p. 472.

(6) Sénèque (lib. i *De Clementia*, cap i). Le texte de l'édition que nous avons sous les yeux présente quelques différences notables : « Nemo enim potest personam diu ferre. Ficta cito in naturam

Quarto, racione integerrime constancie et firmitatis in responsis hinc inde super hoc datis : et hoc Pictavis, ubi per tres septimanas districtissime fuit primo examinata ; tandem, per multos regni proceres ac nobiles, dum negocia bellica cum eis strenue ac feliciter gereret ; ad extremum vero Rothomagi, in quo per semestre temporis spacium fuit super hiis miro modo impetita, sed nec repertum est quod in verbo variaverit. Quod quidem fictionis presumptionem excludit. Ait enim Quintillianus, (libro viij^o *De institutione oratoria*) : « Prodit se quantumlibet custodita simulatio, nec umquam tanta est loquendi facultas que non titubet et hereat, quociens ab animo verba dissenciant » (1). Ad idem Franciscus patriarcha, (in libro *De vita solitaria*, circa principium) : « Ut enim immortalis est veritas, sic fictio et mendacium non durant. Simulata illico patescunt, et magno studio compta cesaries vento turbatur exiguo. Argutam quoque mendacium vero cedit, coramque pressius intuenti diaphanum est ». Sequitur : « Latere diucius, magnus est labor. Nemo sub aquis diu vivit : erumpat oportet, et frontem quam celabat apperiat » (2).

Addunt preterea : vel ipse revelaciones sunt superstitiose, a dyabolicis spiritibus procedentes. Et in hac siquidem parte magis resident, quamvis multo deterior sit ; cum tamen Seneca (in *Epistola*) eleganter dicat : « Semper enim quicquid dubium est humanitas inclinatur ad melius » (3) ; et denique jura instituant ea que dubia sunt semper in meliorem partem debere interpretari : (ut c. « Estote », *De regulis juris*, cum multis similibus) (4).

Sed et non solum mirum, ymo et procul dubio valde durum videtur, has revelaciones ponere a demonibus procedere, cum multo plures subsint non modo conjecture, sed etiam aperte evidencie, ad bonum quam ad malum, ut satis superius deductum est, cum de hiis ageretur.

Quod autem adjiciunt hec nomina demonum Belyal, Sathan et Beemoth, in aggravacionem suspicionis contra Johannam, et quo ad illos affectionis corrupte ostensionem, subjectum est ; cum tamen istud, nec gravitati actus hujuscemodi quem susceperant, neque ipsi rei de qua agebatur seu cause que deducebatur, quomodolibet competere videatur. Nam Belyal sine

suam recidunt ; quibus veritas subest, quaeque (ut ita dicam) ex solido enascuntur, tempore ipso in majus meliusque procedunt ». *Œuvres*... p. 330.

(1) Quintilien (*De oratoria institutione*, lib. XII, 1. 29). Nous avons déjà mentionné ce texte et sa véritable référence, à propos de la citation que Bréhal en a faite une première fois, au septième chapitre de la première partie de la *Recollectio*.

(2) Après de longues et inutiles recherches dans les œuvres du patriarche S. François d'Assise, qui ne renferment aucun traité *De vita solitaria*, et dont le style ne nous paraît pas en harmonie avec celui du passage que le greffier lui attribue, nous avons conjecturé qu'il devait y avoir une faute du copiste trompé par une similitude de nom. Le manuscrit 5970 porte bien : *franciscus patriarcha*, mais il est certain que la minute de Bréhal devait avoir : *franciscus petrarcha*. Le texte allégué se trouve en effet tout au long dans la préface de Pétrarque aux livres *De vita solitaria*, p. 224 de ses Œuvres.

(3) Sénèque (*Epist. ad Lucilium*, ep. LXXXI) s'exprime ainsi : « Quemadmodum reus sententiis paribus absolvitur, et semper, quicquid dubium est, humanitas inclinatur in melius ». — *Œuvres*... p. 699.

(4) Le chapitre « Estote » est le deuxième du titre XLII au cinquième livre des *Décretales* ; (p. 1962). La citation de Bréhal est à peu près textuelle.

jugo, Sathan contrarius, Beemoth vero animalis seu bestialis dicitur (1) ; ac si per hec vocabula innuere vellent Johannam. suarum apparicionum vi aut suggestionem, jugum bonorum morum, obediencie, virtutis ac discipline, sprevisse atque confregisse, catholice religionis, politice atque pacifice communionis federa dissolvissse aut impedivissse ; et per reliquum quasi videntur inducere, eam intemperate, sensualiter atque libidinese se habuisse, necnon pudicie, sobrietatis atque feminee honestatis jura violasse. Sed, ut patuit, universa hec et consimilia sunt penitus a conversacione hujus puelle aliena. Unde, quod ad istam partem potius declinantes dicunt has appariciones superstitiosas esse, et per consequens periculosas in fide, est contra *glosam* ordinariam (super illo verbo positam : « Sathanas se transfiguratur in angelum lucis », secunde *ad Corinthios* xj^o) (2) ; ubi dicitur quod, quando ipse demon sensus corporis fallit, mentem vero non movet a vera rectaque sententia qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum : vel cum se bonum spiritum fingens ea vel facit vel dicit, que bonis angelis congruunt, si tunc credatur bonus, non est error periculosus aut morbidus ». (Idem ponit sanctus doctor, 2^a 2^o q. iij art. ij^o ; et simile legitur in §. « Hiis ita », verbo « Aliter », xxix. q. j) (3). Et ita cum revelaciones, quas Johanna asseruit habuisse, non nisi ad virtutem ac fidei pietatem eam inducerent, ut dictum est, nichil sane potuit superstitiosum, aut in religione christiana periculosum, in eis judicari.

Ceteris autem punctis dimissis, tandem de submissione ad ecclesiam dicunt isti deliberrantes, Johannam esse scismaticam, de unitate et auctoritate ecclesie male sencientem, apostatricem, ac in fide pertinaciter errantem. Licet enim in articulis, ut premisimus, istis doctoribus traditis multe falsitates et manifesta vicia reperiantur, durum tamen videtur quod, etiam stante veritate articuli de quo hic agitur, talia predicata ei attribuerint : tum quia, si refugit aut distulit se subnietere, satis causam expressit in eo quod judicium illius episcopi tamquam manifesti inimici exhorrescens recusabat, quod quidem isti vel nosse vel

(1) Les noms hébreux attribués ici aux démons sont empruntés à la sainte Écriture ; par leur signification littérale, ils indiquent divers caractères de l'esprit du mal. *Satan*, c'est l'adversaire par excellence, celui qui tend des embûches et poursuit de ses hostilités. (Voir Gesenius : *Thesaurus*... pp. 1327-1328). *Behemoth*, substantif pluriel, désigne sous cette forme grammaticale une bête de grande taille et d'une force brutale peu commune, que Gesenius (*Thesaurus*... pp. 182-183) et la plupart des interprètes croient être l'hippopotame ; cette appellation s'adapte bien au tentateur qui pousse à la prédominance des appétits animaux et des instincts charnels. Enfin *Belial*, c'est la malice personnifiée, le *malin* (comme parle le texte sacré). Laisant de côté l'étymologie vraie (*beli*, iaal, *sine utilitate* ; voir Gesenius, pp. 200-210), l'inquisiteur préfère celle qui est fournie par un passage du livre des *Juges* (xx. 22), où on lit : « *filii Belial, id est, absque jugo* ». En conformité avec l'interprétation de la Vulgate, il y voit l'esprit de désobéissance et de révolte contre la loi de Dieu et contre toute vertu.

(2) Ce passage de la *glose*, emprunté à S. Augustin (*Enchirid.* c. LX), a déjà été cité par Bréhal au quatrième chapitre de la première partie de la *Recollectio*.

(3) La référence de S. Thomas est fautive ; il faut lire : 2. 2. q. x, art. 2. arg. 3 et ad 3^m. *Opera omnia*... tom. XXI, p. 20, col. 2.

Le §. « His ita » de la première question, cause XXIX, dans la seconde partie du *Décret* (p. 1917), a également été cité par Bréhal au quatrième chapitre de la *Recollectio*.

facile excogitare poterant ; tum quia constabat eisdem quod per ecclesiam obediencie domini nostri regis, post debitam sue fidei comprobacionem, admissa fuerat et permissa ; tum quia materiam de qua potissimum impetebatur, assererat constanter ex inspiracione processisse ; quod quidem soli iudicio Dei ecclesia reservat, (ut c. « Erubescant », xxxij dist. cum similibus), et etiam consciencie illius qui se inspiratum asserit potius relinquit, quam tamen, si probabili credulitate informatam habeat, ad consilium prelati deponere non debet, (c. « Inquisitioni », *De sententia excommunicacionis*, cum aliis concordanciis) ; tum quoque quia lex privata, ut superior, a vinculo humane legis absolvit, (ut c. « Due sunt », xix. q. ij ; c. « Licet », *De regularibus*) (1).

Proinde, in ipso registro habetur determinacio juristarum ipsius inclite universitatis parisiensis, que profecto exiguitati mee temperacior atque mitior videtur quam illa theologorum. Nam isti signanter duo presupponunt, et tandem duo precipue dicunt.

Presupponunt autem quippe et racionabiliter, quod Johanna compos sui affirmaverit pertinaciter contenta et declarata in articulis, et facto seu opere adimpleverit. Secundo protestantur quod, si caritative exhortata et debite monita a iudice competenti fuerit, tunc currit secundum eos illorum deliberacio. Ista namque duo ab sublevacionem Johanne satis bene faciunt ; quia, longa in primis afflictione contrita, quasi continue processu durante infirma fuit, et exinde satis presumi potest, quod ad tot et tanta respondere, nisi spiritus Dei suppleret, non plene compos animi fuerit. Etiam constat ex premissis, quod neque pertinaciter aliquid devium a fide asseruit, aut insolenter quitquam prout sibi imponitur fecit. De exhortacionibus autem sibi factis, et de incompetencia iudicis, satis habitum est superius.

Sed, istis quasi presuppositis, interea in deliberando potissimum duo dicunt, videlicet : quod Johanna separabat se ab unitate ecclesie, et errabat in fide contradicendo illi articulo fidei : *Credo unam sanctam ecclesiam catholicam* ; secundo, quia se a Deo missam non ostendebat [f^o cc v^o] per operacionem miraculi, aut ex sacre scripture testimonio speciali.

Sed primum istorum manifeste apparet ex processu nullo modo subsistere, eo quod ipsa semper et continue summo pontifici et universali ecclesie, multa de ejus sanctitate atque auctoritate pie ac religiose profitens, se submitit ; illi vero ecclesie, seu iudicio potius episcopi belvacensis, merito recusavit se submittere, (juxta *Clementinam* « Pastoralis », §. « Esto igitur », *De sententia et re iudicata*) (2). Ideo hii juste concludere non possunt eam contradixisse predicto fidei articulo, in quo notanter ponitur catholicam, id est universalem sive ge-

(1) Toutes ces diverses allégations du droit ecclésiastique ont déjà été mentionnées par Bréhal dans la discussion de la première partie de la *Recollectio*. Nous rappellerons seulement ici les références.

Le canon « Erubescant » est le onzième de la xxxii^e distinction du *Décret* ; (p. 199).

Le chap. « Inquisitioni » est le quarante-quatrième du titre xxxix, au V^e livre des *Décretales* ; (p. 1916).

Le canon « Due sunt » est la deuxième de la question II, cause XIX du *Décret* ; (p. 1509).

Le chapitre « Licet » est le dix-huitième du titre xxxi, au III^e livre des *Décretales* ; (p. 1249).

(2) Le chapitre « Pastoralis » est le second du titre xi, au second livre des *Clémentines*. Le §. « Esto igitur » se trouve à la page 133.

neralem, ut ait Ysidorus. (Et idem habetur c. « Prima », *De consecrat.* dist. iij) (1). Fides enim, quam tenet ecclesia, non est fides hujus particularis ecclesie vel illius ; sicut neque ecclesia, que in symbolo vocatur catholica, est particularis ecclesia hujus gentis vel illius, aut hujus diocesis vel illius, sed potius una universalis, continens omnem populum, maxime qui vult esse in statu salutis, unum habens caput sub Christo, videlicet papam cui omnes tenentur obedire. Unde in eo sensu et conformiter ad articulum locuntur canones : (c. « Firmiter » §. « Una », *De summa Trinitate* ; c. « Loquitur », c. « A recta », c. « Alienus », xxiiij. q. j, cum similibus) (2). Unde, sic intelligendo ecclesiam, certum est, (ut dicit Petrus de Palude, quarto scripto, dist. xiiij, art. iij^o), « quoniam aliquis, ex electione et non simplici ignorantia, dividit se a fide catholica in quocumque articulo quem explicitè tenetur scire, vel aliquo alio per ecclesiam determinato, cum pertinacia, ille est vere hereticus. Dico autem per ecclesiam, sed universalem vel romanam ; quia ad particularem ecclesiam non pertinet de fide universaliter judicare : (c. « Majores », *De baptismo*). Unde dicens contra articulos unius episcopi excommunicacionem potest incurrere, sed non heresim » (3) ; hec ille. Et rursus, etiam loquendo de universali ecclesia, sane intelligendus est predictus articulus : quoniam, (ut ait sanctus doctor, 2^a 2^o q. j, articulo nono), « si dicatur in sanctam ecclesiam catholicam, hoc est intelligendum secundum quod fides nostra refertur ad Spiritum sanctum qui sanctificat ecclesiam, ut sit sensus : Credo in Spiritum sanctum sanctificantem ecclesiam. Sed melius est, et secundum communioem usum, ut non ponatur ibi *in*, sed simpliciter dicatur : unam sanctam ecclesiam catholicam, sicut etiam Leo papa dicit » (4).

(1) S. Isidor. hispal. episc. (lib. VIII *Etymologiarum*, cap. 1). Migne : P. L. tom. LXXXII, col. 293.

Le canon « Prima » est le soixante-treizième de la distinction IV *De consecratione*, dans la troisième partie du *Décret* ; (p. 2471). Il y est question du sens que l'on doit donner aux mots : *Credo sanctam ecclesiam catholicam*.

(2) Le chapitre « Firmiter » est le premier du titre premier *De summa Trinitate et fide catholica*, au premier livre des *Décretales*. Le §. « Una » est à la page 10 ; on y lit : *una vero est fidelium universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur*.

Les trois canons allégués ensuite contiennent des déclarations analogues. Ils sont empruntés à la première question de la cause XXIV, dans la seconde partie du *Décret*. Le canon « Loquitur » est le dix-huitième (p. 1725) ; le canon « A recta » est le neuvième (p. 1721), et le canon « Alienus » est le dix-neuvième (p. 1727).

(3) Tout ce passage de Pierre de la Palud, y compris le renvoi au droit ecclésiastique, est extrait fidèlement de son *Commentaire* sur le quatrième livre des *Sentences*, dist. XIII, q. III. *De hæreticis*.

Le chapitre « Majores » est le troisième du titre XLII *De baptismo et ejus effecta*, au troisième livre des *Décretales* ; (p. 1382).

(4) Tel est en effet l'usage adopté par l'Église dans les Symboles qu'elle propose à la récitation publique ou privée. Le Symbole des Apôtres dit : *Credo in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam, etc.* Le symbole de Nicée emploie la même forme de locution et supprime la préposition *in*.

Le passage que Bréhal vient de citer est emprunté entièrement à S. Thomas : 2. 2. q. 1 art 9 ad 5^m. *Opera omnia*. . . tom. XXI, p. 5, col. 1. A propos des derniers mots qui invoquent l'autorité du

Propterea, in nullo potest deprehendi, quod circa articulum puella ista erraverit: tum quia omnia dicta et facta sua summo pontifici et ecclesie romane humiliter submitit; unde qui hoc culpant incurrere videntur crimina posita in capitulo «Hec est fides», (xxiiij. q. j.) (1), quod tamen capitulum contra Johannam inducere perpenduntur; tum denique, quia Deo semper et precipue de universis dictis et factis suis se retulit, juxta beatum Augustinum, qui exponens illud (*Johannis* xiiij^o): «Creditis in Deum et in me credite», ait: «Petro aut Paulo credimus, sed non dicimur credere nisi in Deum» (2).

Secundum vero est illud quod asserebat, videlicet missam fuisse a Deo. Super quo hii doctores dicunt, quod illa sufficienter non ostendebat, neque videlicet quod (3) operacionem miraculi, neque per testimonium scripture. Et ista eorum deliberacio super hoc passu sumitur ex c. «Cum ex injuncto», *De hereticis* (4). Sed, si quis diligenter aspiciat, illud capitulum non facit ad presentem casum. Loquitur enim de eo qui dicit se invisibiliter missum ad regendum populum per auctoritatem seu prelacionem, aut ad eum instruendum per doctrinam et predicacionem. Racione primi, Moyses dux populi Israhelatici constitutus missionem probat per evidenciam miraculi, (ut legitur iij^o et vj^o capitulis in *Exodo*). Racione vero secundi, Johannes Baptista in approbacionem sue missionis profert testimonium scripture dicens: «Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domini, sicut dicit Ysayas propheta»; (*Johannis* j^o). Unde [illi] qui ad ista duo, vel alterum eorum, se asserit invisibiliter missum non est leviter acquiescendum, et maxime illi qui se dicit taliter missum ad predicandum, quia est precipuum opus in ecclesia, (ut in preallegato capitulo «Cum ex injuncto»), et maxime privilegiatum: (c. «Quod Dei timorem», *De statu monachorum*) (5). Per ipsum enim veritas fidei traditur fidelibus et declaratur: (c. «Interrogo», j. q. j.); ideo maxime

pape S. Léon, le savant éditeur Nicolaï a fait en marge la remarque suivante: «An forte in Tractatu de symbolo Nicaeno, quem ab eo editum Trithemius recenset? Sed non exstat. Haec autem in expositione symboli Apostolorum habet Rufinus». Voir: Tyrannii Rufini *Comment. in symb. Apost.* n. 36. Migne: P. L. tom. XXI, col. 373.

(1) Ce canon, déjà cité, est le quatorzième de la première question, cause xxiv, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1723).

(2) Bréhal a fort probablement emprunté ce passage de S. Augustin à la *Somme théologique*, dans laquelle S. Thomas l'emploie pour servir de base à une objection: 2. 2. q. 1. art. 9. arg. 5. — *Opera omnia*. . . tom. XXI, p. 5, col. 1. — Quoiqu'il en soit, il donne une référence qui n'est pas exacte; car ce n'est pas le chapitre xiv de S. Jean qui fait l'objet du commentaire de S. Augustin, mais l'évêque d'Hippone s'exprime ainsi à propos du verset 29 du chapitre vi, et voici le texte que nous lisons (*Tractatu* xxix in *Joan.* n. 6): «De Apostolis ipsius possumus dicere: Credimus Paulo; sed non: credimus in Paulum. Credimus Petro; sed non: credimus in Petrum». Migne: P. L. tom. xxxv, col. 1631.

(3) Par une inadvertance manifeste, le greffier a écrit *quod*, au lieu de *per*. Le sens de la phrase exige qu'on lise ainsi: neque videlicet per operacionem miraculi.

(4) Ce chapitre du livre cinquième des *Décretales*, (douzième du titre vii) p. 1677, a déjà été cité plusieurs fois. Bréhal se borne à en donner ici un résumé très exact, pour en expliquer le véritable sens, et montrer qu'il ne s'applique pas au cas présent.

(5) Le chapitre «Quod Dei timorem», cinquième du titre xxxv, au troisième livre des *Décretales* (p. 1294), dit expressément: «praedicationis officium, quod privilegiatum est».

periculosum reputatur: (c. «Hereticus», xxiiij. q. iij) (1). Propterea non omni statui vel condicioni hominum competit, sed maxime prelatis et ab eisdem missis vel commissis: (capitulo «Inter cetera», *De officio judicis ordinarii*; et dicto c. «Cum ex injuncto») (2). Neque etiam omni sexui, sed solum virili congruit, (ut tradit apostolus, prime *ad Corinthios* xiiij^o) (3).

Secus autem, si quis affirmet se missum ad aliquid agendum pro mundana policia, aut civili hominum disposicione et hujusmodi. Nam, (ut dicit beatus Thomas, 2^a 2^e q. clxxiiij^o art. iij^o), magis proprium est divine revelacioni cognicio quam operacio. Et ideo infimus gradus prophecie est, cum aliquis ex interiore instinctu mictitur aut movetur ad aliqua facienda exterius, sicut de Sampson dicitur, (*Judicium* xv^o), quod «Irruit spiritus Domini in eum, et sicut solent in ardorem solis ligna consumi, ita et vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt et soluta» (4). Hujus vero generis videtur esse missio puelle, videlicet ad operandum pro regni oppressi sublevacione. Ideo non requirebatur ostensio alicujus signi, sicut neque Samuel, cum a Deo missus est ad unguendum Saul in regem Israel et postmodum David, de sua missione signum tradidit. Similiter Nathan, David regi paradigma proponens, absque alio signo penitentiam indixit. Helyseus etiam, tribus regibus miranda predicens et eorum necessitati consulens, nullum signum dedit (5). Multaque talia in divinis scripturis leguntur. Unde Beda ait (super illo verbo Zacharie, *Luce* primo: «Unde hoc sciam») «Si homo esset qui mira promicteret, impune signum flagitare liceret; at vero cum angelus promictit, jam dubitare non licet» (6).

(1) Le canon «Interrogo» est le quatre-vingt-quatorzième de la question première, cause première, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 681).

Le canon «Haereticus» est le vingt-huitième de la troisième question, cause xxiv; (p. 1769).

(2) Le chapitre «Inter caetera» est le quinzisième du titre xxxi, au premier livre des *Décretales*; (p. 414).

(3) Bréhal renvoie ici aux règles tracées par S. Paul pour l'ordre que les fidèles doivent observer dans leurs assemblées. Le passage relatif aux femmes est ainsi conçu (I *Cor.* xiv. 34-35): «Mulieres in ecclesiis taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia».

(4) Citation textuelle de la *Somme théologique*: 2. 2. q. clxxiv, art. 3 in corp.—*Opera omnia*... tom. XXI, p. 308, col. 2.— Le greffier a écrit: in ardorem solis. Est-ce par distraction? Est-ce conformément à une variante adoptée par Bréhal? Toujours est-il que la leçon de la Vulgate (*Judic.* xv. 14. est celle-ci: ad ardorem ignis. — Le texte hébreu dit: tanquam ligna quae combusta sunt in igni.

(5) Les faits indiqués ici par Bréhal sont racontés dans les livres des *Rois*: l'onction royale conférée à Saül par Samuel (I *Reg.* ix et x), l'onction royale de David par le même prophète (I *Reg.* xvi), la parabole de Nathan au roi David pour le faire rentrer en lui-même (II *Reg.* xii), et les prédictions et les conseils d'Élisée aux trois rois d'Israël, de Juda et d'Édom (IV *Reg.* iii). Dans les trois derniers faits, le prophète ne donna aucun signe de sa mission. Relativement au premier, on peut admettre l'assertion de Bréhal, pourvu qu'on l'entende seulement de ce qui se passa avant l'accomplissement de la mission de Samuel; car, après avoir répandu l'huile sur le front de Saül, le prophète l'instruisit de l'autorité divine qu'il avait reçue, et scella pour ainsi dire son témoignage par l'annonce des événements futurs.

(6) Ce texte du Vén. Bède a déjà été cité dans la *Recollectio*, vers la fin du second chapitre de la première partie. Voir Migne: P. L. tom. xcii, col. 313.

Preterea, ad regem Francie Johanna missa erat, non autem ad anglicos vel alios, qui eam hostiliter detinebant et signum ab ea querebant, juxta illud (*Luce* xj^o): « Generacio hec nequam est, signum querit » (1); quod tamen ipsa eis dare minime tenebatur.

Denique, qui se a Deo missum asserit, aut dicit ex revelacione et affirmat debere fieri quod omnino et de se malum est, et tunc censetur procedere ex malo spiritu: (ita dicit c. « Nec mirum », xxvj. q. v; et sic intelligitur « c. Nisi », §. « Sed dices »; *ibi*: quia contra veritatem, etc., *De renunciacione*) (2); aut asserit fiendum quod de se bonum est aut indifferens, et tunc secus est. Quod statim convinci potest, si videlicet plures concurrant ad bonum conjecture efficaces, ut hic. In certis enim, non certis non est locus conjecturis: (c. « A nobis », *De sententia excommunicacionis*; [f^o ccj r^o] c. ij^o, *De renunciacione*, libro vj^o; lege « Continuus », §. « Cum ita », ff. *De verborum obligacionibus*) (3).

Ceterum, non incongrue possumus hic allegare multiplicem miraculi ostensionem: ut, quod simplex fragilisque puella, numquam ab ante armis aut bellis assueta, docta vel experta, tot admirabiles victorias reportaverit, regnum ab oppressione crudeli relevaverit, futura infallibiliter prenunciaverit, et similia.

Et notandum, quod has deliberaciones isti doctrinam appellant. Sed, quemadmodum ait Tullius, (lib. j^o *De officiis*), sicut animus paratus ad periculum, si sua cupiditate non communi utilitate impellitur, audacie potius nomen habet quam fortitudinis, sic sciencia vel doctrina, que remota est a justitia, calliditas potius quam sapiencia est appellanda (4). Precepit namque Dominus ut in rationabili judicii poneretur doctrina et veritas, (ut legitur *Exodi* xxvij^o et *Levitici* vij^o) (5), super quo ait Jeronimus: « In rationabili judicii veritas doc-

(1) Le texte de la Vulgate (*Luce* xi. 29) est celui-ci: « Generatio haec, generatio nequam est: signum quaerit, et signum non dabitur ei ».

(2) Le canon « Nec mirum » est le quatorzième de la question v, cause xxvi, dans la seconde partie du *Décret*; (pp. 1815-1819). Il y est expressément recommandé de ne point obéir aux prescriptions des devins.

Le chapitre « Nisi » est le dixième du titre ix *De renunciacione*, au premier livre des *Décretales*; (pp. 232-238). L'endroit indiqué par Bréhal: quia contra veritatem, etc. se trouve dans le paragraphe « Sed dices ».

(3) Chacun de ces textes renferme quelques mots, d'où l'on peut déduire l'aphorisme juridique allégué par Bréhal. — Le chapitre « A nobis » est le vingt-huitième du titre xxxix, au V^e livre des *Décretales*; (p. 1895). — Le chapitre « Si te », second du titre xii *De renunciacione*, est au premier livre du *Sexte*; (p. 199).

La loi « Continuus » est plus explicite que les deux textes précédents, surtout au §. « Cum ita ». Elle est la cent-trente-septième du premier titre, au livre XLV du *Digeste*; (p. 1484).

(4) Bréhal citait probablement de mémoire, et il a renversé peut-être intentionnellement l'ordre de la proposition, dont voici le texte tel qu'il se trouve dans Cicéron (lib. i *De officiis*, cap. xix): « Praeclarum igitur Platonis illud: non solum, inquit, sciencia, quae est remota a justitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda; verum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciae potius nomen habeat quam fortitudinis ». (Œuvres... tom. xxvii, pp. 332-334).

(5) Dans les textes de l'Écriture, allégués ici par Bréhal (*Exod.* xxviii. 30 et *Levit.* viii. 8), il est question des vêtements sacerdotaux, parmi lesquels est énuméré le Rational du jugement.

trine superponitur, ut non astruat quis quod proprio cogitaverit ingenio, sed quod veritas habet ». Unde in doctrina illa ad quam persone judicium sequitur, si veritas favore, metu vel alias, supprimitur, nulla excusacione potest digne tollerari. Nam et beatus Augustinus (exponens illud *Mathei* v^o: « Si sal evanuerit, in quo salietur? ») dicit: « Si vos, per quos condiendi sunt quodammodo populi, metu temporalium persecucionem (1) amiseritis regna celestia, qui erunt homines per quos errores auferat ceterorum? » Veritas enim doctrine ac justicie, etsi quandoque ex causa potest omitti, numquam tamen potest legitime vel excusabiliter perverti. (Ad quod bene facit c. « Nemo », xj. q. iij) (2).

In istis verumptamen que premissi, nullus credat me tam celebri tamque famose universitati voluisse aut velle in aliquo detrudere, cujus quidem inclite glorie neque laus mea prodesset, neque certe probrum si, quod absit, inducerem obsesset. Sed dignum potius credo secundum canonicas sanctiones, ut culpe obnoxios et auctores sceleris pena dumtaxat teneat, innocentibus vero nichil ad crimen alienum facilius redundet. Itaque satis puto paucissimos numero, parti anglicorum nimis affectos, hujuscemodi deliberaciones viis obliquis non tam exegisse aut extorsisse, quam per se ipsos egisse seu edidisse, et de hoc ipso impietatis artificio parum vel minime toti corpori universitatis constituisse (3).

DUODECIMUM CAPITULUM

De qualitate sentencie, et diffinitione processus.

Postremo vero, de sententia contra Johannam lata, ac de diffinitione processus, etiam aliquid disserendum est. Satis autem manifestum est ex predictis, quod in eo processu, quo ad multa substantialia, magna et evidens patet iniquitas: ideoque facile convincitur quod

La Vulgate et les écrivains ecclésiastiques en général ont adopté la dénomination de *Rationale* plutôt que celle de *Rationabile* qui est employée par le copiste de notre manuscrit.

(1) Le greffier a fait erreur, en écrivant: persecucionem; il faut *persecucionum*. Le texte de S. Augustin se lit au premier livre (*De sermone Domini in monte*, cap. vi, n. 16). Bréhal a sans doute abrégé le dernier membre de phrase, qui est ainsi conçu dans les œuvres imprimées de l'évêque d'Hippone: « qui erunt homines, per quos a vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus, per quos errores auferat caeterorum? » Migne: P. L. tom. xxxiv, col. 1237.

(2) Le canon « Nemo » est le quatre-vingt-unième de la troisième question, cause xi, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1191). Il déclare qu'il n'est pas moins dangereux d'employer la langue à mentir que les mains à verser le sang.

(3) En lisant ce paragraphe final d'une discussion où les actes des docteurs de l'Université de Paris ont été appréciés avec la sévère impartialité de la justice, on peut penser avec quelque vraisemblance qu'il a été rédigé sous l'empire d'une préoccupation étrangère au procès. Le rapprochement des dates paraît autoriser cette supposition. Le 22 mai 1456, les jalousies de l'Université contre les privilèges accordés par Nicolas V aux Ordres Mendiants avaient éclaté dans un manifeste qui était une véritable déclaration de guerre. Bréhal, prieur du grand couvent dominicain de Saint-Jacques à Paris, devait tenir tête à l'orage et défendre les droits des religieux.

sentencia viciis non caret. Ut autem subtiliora peritioribus relinquamus, potissimum videtur ad presens, quod sententia ipsa nulla fuerit, aut saltem annullanda veniat, propter sex causas.

Prima est, propter defectum legitime jurisdictionis, seu propter incompetenciam iudicum. Ostensum est enim supra, episcopum belvacensem nullo jure auctoritatem competentis iudicis habuisse in hac causa; et exinde non potuit esse iudicium ratum, sed precise violenter ac indebite usurpatum. Unde quicquid per istum in procedendo aut diffiniendo gestum est, irritum censeretur debet et inane; (ut late deducit beatus Thomas, 2^a 2^e q. lx, art. ultimo, et lxxvij, articulo primo (1); ut etiam patet, c. « At si clerici », *De iudiciis*; c. « Ad nostram » *De consuetudine*; c. « In primis », ij. q. j; C. « Si a non competente iudice », lege ultima) (2). Quo autem ad alterum coniudicem, etsi sententia fortassis aliunde teneret, ratione tamen metus ac terroris sibi multipliciter illati, non valet: (ut c. « Justum », xj. q. iij; c. « Cum eterni », *De sententia et re iudicata*, libro vj^o; cum similibus) (3).

Secunda causa est, propter alterius iudicis, scilicet episcopi, manifestam corruptionem. In eo namque, ut visum est, multipliciter apparuit in hujus rei deductione affectus corruptus et plane inordinatus. Unde merito venit sententia retractanda: (c. « Venales », ij.

Or il composait la *Recollectio* vers cette même époque. La prudence lui faisait donc un devoir de ne pas donner prise au soupçon d'hostilité, qu'on aurait pu exploiter d'une part pour mettre les juges en défiance contre ses conclusions, d'autre part pour entraver les négociations engagées avec le corps universitaire. Voilà, autant du moins qu'il est permis de le conjecturer, et sans préjudice des raisons d'un autre ordre que suggère l'étude logique du texte, l'un des motifs qui ont amené l'Inquisiteur à formuler de la sorte une protestation de ses sentiments.

(1) Bréhal a déjà exposé la doctrine de ces deux passages de la *Somme Théologique*, dans le premier chapitre de la seconde partie; il ne fait ici que les rappeler, à l'appui de ses conclusions. — Voir: 2. 2. q. lx, art. 6 (dernier), et q. lxxvij, art. 1. — *Opera omnia*... tom. xxi, p. 148, col. 2, et pp. 431-432.

(2) Ces différents textes de lois déclarent expressément l'invalidité d'une sentence rendue par un juge sans juridiction. — Le chapitre « At si clerici » est le quatrième du premier titre, au second livre des *Décrétales*; (p. 523). — Le chap. « Ad nostram » est le troisième du titre iv, au premier livre des *Décrétales*; (p. 86).

Le canon « In primis » est le septième de la première question, cause II, dans la seconde partie du *Décret*; (pp. 775-779). C'est vers la fin que se trouve la déclaration qui sert de preuve à l'affirmation de Bréhal.

Enfin le septième livre du *Code* renferme, au titre XLVIII *Si a non competente iudice*, la loi « Et in privatorum », qui est la dernière; (p. 495).

(3) C'est par erreur que le greffier indique le canon « Justum », il faut lire c. « Injustum »; la référence qui suit ne laisse aucun doute à cet égard, puisqu'il se trouve à la question troisième de la cause XI, dans la deuxième partie du *Décret*, (p. 4195), et qu'il contient la déclaration expresse de l'invalidité d'une sentence rendue par crainte. Au contraire, le canon « Justum » ne s'applique pas au sujet, et il appartient à la question deuxième de la cause XXIII; ce qui est en désaccord avec les chiffres du greffier.

Le chapitre « Cum eterni » est le premier du titre XIV, au second livre du *Sexte*, (p. 372); il énumère la crainte parmi les défauts dont les juges doivent être exempts,

q. vj; et c. « Cum eterni », cum notatis *ibidem*, ubi prius). Notatque ibi Archidiaconus (super verbo « Graciam »), quod si in iudicio preces interveniunt, potest sententia rescindi: (ff. *Ad Trebellianum*, lege « Servo invito », §. « Cum pretor ») (1).

Tercia, quia post legitimam recusacionem seu appellacionem lata est; ideo non tenet: (C. *De precibus*, lege « Imperatum ») (2).

Quarta causa, ob actorum et capitulorum cause falsitatem ac surreptionem. Ex eo vero debet sententia in melius refformari: (c. « Cum ex litteris », et c. « Cum olim », *De restitutione in integram*) (3).

Quinta, ob suspicionem ex qua dumtaxat hec sententia processit; cum tamen, (ut ait beatus Thomas, 2^a 2^e q. lx. art. iij), omne iudicium procedens ex suspicione seu presumptione sit illicitum, quoniam suspicio, secundum Tullium, importat opinionem mali de aliquo ex levibus indiciis. Nam, ex eo quod aliquis afficitur male ad alterum, scilicet quando odit aut contempnit eum, aut etiam irascitur vel invidet ei, statim et ex levibus signis oppinatur mala de ipso, quia unusquisque facilliter credit quod appetit. Ideo, cum quis ex levibus indiciis estimat malum de alio, presertim si sit de aliquo gravi, est peccatum mortale, quia non est sine contemptu proximi temere iudicare de eo (4). Quanto magis vero eadem habitudine

(1) Le chapitre, ou pour parler plus exactement le paragraphe « Venales », qui se trouve sous le numéro 7 à la suite du canon XLI de la question VI, cause II, dans la seconde partie du *Décret*, (p. 858), décrète l'infirmité des sentences vénales. — Le chapitre « Cum eterni » vient d'être cité: il énumère les défauts dont les juges doivent être exempts. Vers la fin du chapitre (p. 374), on lit le mot *per gratiam*, sur lequel porte la glose de l'Archidiaconus: « gratiam, id est, preces; quo casu sententia potest rescindi ». (Archidiaconus in *Sextum Decretal.* f^o 71, col. 3).

C'est à la même glose de l'Archidiaconus que Bréhal emprunte l'allégation suivante du droit civil. Au livre XXXVI du *Digeste*, titre premier *Ad senatusconsultum Trebellianum*, il existe en effet une loi « Servo, invito domino » dont le second paragraphe commence par les mots « Cum praetor »; (p. 4140).

(2) Nous ne connaissons pas de loi qui commence par le mot « Imperatum ». Il est vraisemblable que le greffier a mal lu la citation de Bréhal: car celui-ci renvoyait sans doute au titre *De precibus Imperatori offerendis*, qui est le premier du premier livre du *Code*; (p. 86). Les différentes lois de ce titre ne se rapportent pas directement à l'affirmation de l'Inquisiteur; mais les commentateurs, raisonnant par analogie, appliquent aux appels les principes qui régissent la matière des suppliques à l'empereur.

(3) Le chapitre « Ex litteris » est le quatrième du titre XLI, au premier livre des *Décrétales*; (p. 491). Mais ce titre ne renferme aucun chapitre « Cum olim ». — M. Lanéry d'Arc croit qu'il s'agit du chapitre « Olim » du titre XIII *De restitutione spoliatorum*, au second livre des *Décrétales*. Il existe en effet dans ce titre trois chapitres « Olim », le douzième (p. 631), le seizième (p. 648) et le dix-septième (p. 644). Mais aucun d'eux ne nous paraît se rapporter au sujet.

(4) Les trois phrases précédentes sont empruntées, au moins quant au sens, à l'endroit cité par Bréhal: 2. 2. q. lx, art. 3. — *Opera omnia*... tom. xxi, p. 117, col. 2. Mais elles sont dispersées dans le corps de l'article, et l'Inquisiteur les a disposées à sa façon, avec quelques modifications des termes pour les mieux approprier à son sujet.

Les éditions de S. Thomas renvoient, pour l'allégation de Cicéron, au second livre de *Inventione*; mais on n'y trouve pas de texte ainsi conçu. Cela ressort seulement de ce qui est exposé par l'orateur romain au sujet des lieux communs et des conjectures. — Cf. lib. 2 de *Inventione*. c. IX et seqq. — Œuvres... tom. III, p. 194 et suiv.

sentencias diffinitivas sobrie continere debemus, (ut habetur in *glosa* super illo verbo prime *ad Corinthios* iij^o : « Nolite ante tempus judicare »). Sed et hoc maxime cavendum est, ut scilicet ex suspicionibus iudex procedat ad condemnandum, et presertim de tam gravi crimine ut est crimen heresis, (per capitulum « Litteras, *De presumptionibus*) (1). Unde, cum Johanna minime, ut patuit, de heresi fuerit per probationem sufficientem aut confessionem convicta, ideoque censi omnino debet istud iudicium nullum contra eam habitum, et signanter quoniam principalis materia, scilicet de revelacionibus, erat prorsus dubia et incerta, etiam secundum opiniones deliberantium, ut patet ex registro. Propter quod, actenta dubietate materie, debuissent potius ad superiorem sedem, prout ipsa Johanna petebat, causam remittere. Nam, secundum Bernardum (in libro *De precepto et dispensacione*), « homines facile falli in Dei voluntate de rebus dubiis percipienda, et in precipienda fallere possunt. In hujusmodi autem nec preceptor est expectandus, nec prohibitor auscultandus. Sed quod ita latere aut obscurum esse cognoscitur, ut in dubium venire possit utrumnam Deus sic aut aliter forte velit, si non de labiis custodientibus scienciam et ore angeli Domini exercituum certum redatur : a quo denique potius divina consilia requirentur, quam ab illo cui credita est dispensatio misteriorum Dei? Ipsum enim quem pro Deo habemus, tamquam [f^o ccj v^o] Deum in hiis que aperte non sunt contra Deum audire debemus ». Hec ille (2). Que siquidem verba videtur de summo pontifice signanter intelligere. Grave quoque satis est et indecens, ut in re dubia certa detur sententia : (c. « Grave », xj, q. iij). Ymo etiam, licet quedam vera sint, non sunt tamen a iudice credenda, nisi certis indiciis demonstrantur : (eisdem causa et questione, c. « Quamvis ») (3). Unde (in c. « Ad abolendam », super verbo « Hereticos », *De hereticis*), notat Innocencius, quod episcopus cognoscit de illis, qui precise in heresim jam dampnatam et indubitatum noscuntur incidisse; et Hostiensis (*ibidem*) ait: Episcopi sunt, ubi de fide agitur, ordinarii. Si tamen aliquod dubium incidat, etsi illud possint examinare, non tamen sine romane ecclesie licencia diffinire, cujus est diffinicio talium dubiorum : (xxiiij, q. j. « Quotiens »; xij dist. « Preceptis »); etiam quandoque si indubitatum vertatur in dubium : (C. *De summa Trinitate et fide*, lege finali) (4). In causa itaque fidei, ubi de-

(1) Le chapitre « Litteras » est le quatorzième du titre xxiii, au second livre des *Décretales*; (p. 792). Il défend de condamner pour le seul soupçon l'accusé d'un crime aussi grave que l'hérésie.

(2) La citation de S. Bernard (lib. *de precepto et dispensacione*, cap. ix. n. 21) est à peu près textuelle, à part quelques légères variantes, et la suppression d'une allégation biblique et d'une phrase incidente. Migne : P. L. tom. CLXXXII, col. 873.

(3) Le canon « Grave » est le soixante-quatorzième de la question III, cause XI, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1187). Bréhal cite le texte même de ce canon, ainsi que celui du canon « Quamvis », qui est le soixante-quinzième de la même cause et de la même question; (p. 1187).

(4) L'annotation d'Innocent IV se trouve dans son *Commentaire sur les Décretales*, à l'endroit indiqué par Bréhal, c'est-à-dire au mot « Haereticos » du chapitre « Ad abolendam ».

Le texte de l'Hostiensis est emprunté à la *Somme* de ce canoniste sur le même endroit du Ve livre. Ed. de Venise, fol. 36, col. 2. — Il est allégué aussi dans le *Directorium* de Nicolas Eymeric, p. 148, n. 3, col. 2.

Les références indiquées sont également de l'Hostiensis, et elles ont été copiées par Bréhal telles qu'elles étaient sous ses yeux, c'est-à-dire d'une façon un peu différente de celle qu'il em-

bet cum summa cautela procedi, hic ordo per providenciam juris traditur, (prout legitur et notatur in c. « De contumacia », *De hereticis*, libro vj^o), quod propter suspicionem heresis quis citatur ut veniat responsurus de fide; si autem contumax est, jam dicitur vehementer suspectus, tuncque excommunicatur; et si in sententia per annum steterit, eo ipso suspicio que vehemens erat transit in violentam; inde, ex tunc velut hereticus condampnatur (1).

Ideo, cum hic processus super re incerta et omni homini dubia, saltem quo ad partem condemnationis, fundatus fuerit, et premissa juris dispositio observata non extiterit, colligitur quod, quemadmodum processum est per solam et qualemcumque suspicionem, ita conclusum est et diffinitum, seu sentenciatum, per precipitacionem, hoc est gradibus istis et aliis, quitquid judicantes apparenter finxerint, legitime non observatis, ymo etiam, et opinionibus meliorum atque potiorum deliberantium neglectis aut despectis, ut patet de lectura et ulteriori declaracione cedula abjuracionis, et quam pluribus aliis. Ex quo patet quod hujusmodi sententia, non a discretione matre virtutum, sed a noverca justicie, voluntaria scilicet vindicantis precipitacione, processit, ideoque nulla est, (ut expresse tradit *Clementina* « Pastoralis », *De sententia et re judicata*). Unde super « Vindicantis » (2) ait Paulus : « id est judicantis contra illud »; (xj, q. iij « Quatuor »); et super verbo « Precipitacione » inquit Bonifacius de Amanatis, hoc est effrenata voluntate, que est dum quis deviat a tramite justicie. Hoc namque dicimus precipitare quod credere (3) facimus festine de summo ad infimum : (lege « Si diurno », in fine, ff. *De penis*) (4). Et licet voluntas principis pro lege servetur : (ut

plie d'ordinaire. Ainsi, il s'agit du canon « Quotiens », qui est le douzième de la question première, cause xxiv, dans la seconde partie du *Décret*, (p. 1721); et du canon « Praeceptis », qui est le second de la douzième distinction, dans la première partie du *Décret*, (p. 51). Quant à la dernière référence, nous pensions d'abord qu'il fallait traduire de la sorte les abréviations du manuscrit : *cap. de summa Trinitate et fide catholica*, libro vj^o; c'est en effet dans le *Sexte* et à cet endroit qu'on trouve un passage se rapportant à l'assertion de l'auteur. Mais de nouvelles recherches nous ont convaincu qu'il s'agit plutôt de la dernière loi du titre *de Summa Trinitate*, au premier livre du *Code*. Dans la lettre de l'empereur au pape, lettre insérée dans cette même loi « Interclaras », on lit la phrase suivante à laquelle Bréhal fait manifestement allusion : « Nec enim patimur quicquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum et indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestrae innotescat sanctitati, quae caput est omnium sanctorum ecclesiarum ». (p. 10).

(1) Ici Bréhal emprunte à peu près le texte du chapitre « Cum contumacia », qui est le septième du titre second, au Ve livre du *Sexte*, (p. 619); mais il l'arrange de façon à faire un corps de doctrine.

(2) Il faut lire : super verbo « Vindicantis ». L'auteur de cette glose est sans doute Paul de Castro, jurisconsulte très renommé du XV^e siècle [† 1439]. Avignon, Florence, Sienne, Pérouse et Padoue eurent tour à tour l'honneur de le posséder parmi leurs docteurs. Il a laissé huit volumes in-f^o de Commentaires sur le droit, dont Cujas disait : « Qui non habet Paulum de Castro tunicam vendat et emat ».

(3) Par un singulier *lapsus calami*, le copiste a mis : *credere* au lieu de *cadere*.

(4) La *Clementine* « Pastoralis », au chapitre II du titre XI (pp. 128-137) renferme le passage qui vient d'être cité. — Le canon « Quatuor » est le soixante-dix-huitième de la III^e question, cause XI, dans la seconde partie du *Décret*, (p. 1189). Comme nous l'avons déjà dit, nous n'avons pu

lege prima, ff. *De constitutionibus principum* (1), et dicatur magna et justa causa, (ut notatur in lege « Relegati », in fine, ff. *De penis*), tamen est intelligendum de ea que non deviat a tramite justicie rationalis et naturalis, (ut in dicta *Clementina* « Pastoralis ») (2).

Sexta causa quare hec sententia nulla est vel annullanda, ideo est quia continet manifestam iniquitatem et intollerabilem errorem. Nam plane iniquum est et omni juri repugnans, ut sub pretextu justicie innocentes graventur, aut eis crimina sub colore prosequendi ac dispensandi judicii falso imponantur; quia non debent procedere injurie unde jura nascuntur, et maxime reperitur cautum in jure, ne heresis crimen, quod sua enormitate maximum est, insontibus quoquomodo imponatur: (quod expresse legitur in *Clementina* « Multorum », *De hereticis*) (3).

Tres autem sentencie habentur in registro processus contra Johannam habiti, (4) quarum una, que diffinitiva erat et dimissionem justicie seculari continebat, fuit ante abjuracionem pronunciata per medium; cumque vero importunis astancium suasionibus ipsa revocacioni se submisisset, fuit alia quedam pronunciata perpetui carceris penam sibi infligens; et tandem post dies aliquot, ob causam conficti ac pretensi relapsus, fuit altera publice lata, totalem ac extremam derelictionem continens. In hiis vero universis sentenciis, si debite ex suo tenore pensentur, maxima patet iniquitas.

rencontrer les gloses de Boniface Amanati.

La loi « Si diutino » (au lieu de *diuturno*) est la xxv du titre xix *De penis* au XLVIII^e livre du *Digeste*; (p. 1626). Elle renferme à la fin le mot: « de saxo præcipitetur » dont la *glose* donne l'explication.

(1) Cette première loi du titre iv, au premier livre du *Digeste* (p. 238), est le célèbre principe du droit césarien: « Quod principi placuit legis habet vigorem. »

(2) La loi « Relegati », quatrième du titre xix au XLVIII^e livre du *Digeste*, (p. 1622), déclare à la fin que l'empereur seul peut accorder *ex aliqua causa* le retour d'un exilé; et la *glose* dit à ce propos: « Magna et justa causa est ejus voluntas ».

Dans la *Clémentine* « Pastoralis », sur laquelle s'appuient les assertions de Bréhal, on lit ces mots (p. 136): « Cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ juris naturalis existunt. »

(3) On y lit en effet les paroles suivantes: « Grave est quoque ac damnatione dignissimum malitiose insontibus eadem imponere pravitatem », c'est-à-dire la perversité hérétique. Voir, au V^e livre des *Clémentines*, le premier chapitre « Multorum » du titre III; (pp. 263-270).

(4) La première sentence fut prononcée le 24 mai au cimetière de Saint-Ouen après la prédication publique. Le procès-verbal mentionne le fait en ces termes: « Deinceps, cum dicta mulier aliud dicere non vellet, nos episcopus prædictus incoepimus proferre sententiam nostram definitivam. Quam cum pro magna parte legissemus, eadem Johanna incoepit loqui ». (Quich. tom. I, p. 446). En marge du registre, le greffier a écrit: « Dicta sententia est scripta in fine hujus libri. » C'est celle qu'on lit au procès-verbal du 30 mai, après la sentence de relaps (*ibid.* p. 473), comme le constate l'annotation marginale du manuscrit: « Ista sententia fuit in parte pronuntiata ante abjuracionem ».

La seconde sentence fut prononcée au cimetière de Saint-Ouen, immédiatement après l'abjuracion, est enregistrée au procès-verbal du 24 mai. (Quich. tom. I. pp. 450-452.)

La troisième, prononcée le 30 mai sur la place du Vieux Marché, contient deux parties: l'une concerne la cause de relaps (*ibid.* pp. 471-472); l'autre est la condamnation primitive dans son texte intégral (*ibid.* pp. 473-475.)

Nam prima illarum, que partim lecta fuit, ita de ipsa innocente puella continebat: « Dicimus et decernimus te revelacionum et apparicionum divinarum mendosam confictricem, perniciosam seductricem, presumptuosam, leviter credentem, supersticiosam, divinatricem, blasphemam in Deum et sanctos et sanctas, ac ipsius Dei in suis sacramentis contemptricem, legis divine, sacre doctrine ac sanctionum ecclesiasticarum prevaricatricem, sediciosam, crudelem, apostatricem, scismaticam, in fide nostra multipliciter errantem, atque in Deum et sanctam ecclesiam modis predictis temere delinquentem ». Et subditur in eadem sententia, quod Johanna, per nonnullos scientificos et expertos doctores seu magistros, salutem anime sue zelantes, sepe et sepius admonita, seipsam dispositioni, determinacioni, et emendacioni sancte matris ecclesie submictere non curavit aut voluit. Quinymo, ut ibidem asseritur expresse, indurato animo, obstinate atque pertinaciter denegavit, ac etiam expresse ac vicibus iteratis domino nostro pape [et] sacro generali concilio se submictere recusavit. Hec in prima sententia formaliter continentur.

In secunda vero, continuo post abjuracionem prolata, habetur sic: « Dicimus et decernimus te gravissime deliquisse, revelaciones et appariciones divinas mendose confingendo, alios seducendo, leviter et temere credendo, supersticiose divinando, blasphemando Deum et sanctos, prevaricando legem, sacram doctrinam et canonicas sanctiones, contempnendo Deum in suis sacramentis, sediciones moliendo, apostatando, crimen scismatis incurrando, et in fide catholica multipliciter errando ».

In tertia autem et ultima seu diffinitiva sententia, ita legitur et reperitur: « Te in varios errores variaque crimina scismatis, ydolatrie, invocacionis demonum, et alia permulta incidisse reperimus; deinceps vero, post hujuscemodi tuorum errorum abjuracionem, irruente et seducente cor tuum auctore scismatis et heresis, te in eosdem errores et in prefata crimina ex tuis confessionibus spontaneis et assercionibus iterum, proh dolor! incidisse, velut canis ad vomitum reverti solet, sufficienter et manifeste constat; pocius te corde ficto quam animo sincero et fideli tuas adinvenciones erroneas antea verbo tenuis abnegasse clarissimis indiciis habuimus comprobatum. Hinc est, quod in sentencias excommunicacionis, quas primitus incurreras, et in errores pristinos reincidisse declarantes, te relapsam et hereticam decernimus, ac per hanc sententiam nostram quam pro tribunali sedentes in hiis scriptis proferimus et pronunciamus, te tanquam membrum putridum, ne cetera membra pariter inficias, ab ipsius ecclesie unitate rejiciendam et ejus corpore abscindendam, necnon potestati seculari relinquendam decernimus, prout rejicimus et abscindimus [1^o cclj 1^o] et relinquimus ».

Ecce que et qualia in hiis sentenciis continentur, profecto ipsi Johanne atque cause sue minime competencia, sed pocius, ut dictum est et declaratum, falso sibi objecta et imposita, ymo quod majus est, neque deliberacionibus a doctoribus super hoc habitis quasi in modico consona. Quod si de predictis adeo extraneis et terribilibus terminis sigillatim rationem elicere temptaremus, maximum codicem labor ipse exigeret. At vero sub compendio in precedentibus satis deductum est, quatenus hujuscemodi predicata insonti puelle nullatenus congruunt; quinymo, si comprehensa in illis sentenciis diligenter attendantur, in multis excedunt deliberaciones consultancium, ut modo dicebatur. Quod quidem repugnat speciali super hoc tradite provisioni juris (in capitulo ultimo *De hereticis*, libro vj^o, cum notatis ibi-

dem per Johannem Andree, in *Novella* ubi allegat canonem illum « Estote », j, q. j) (1).

Ex hac itaque manifesta iniquitate, in qua persone innocencia enormiter leditur falso sibi heresim imponendo, juri etiam plane contradicatur, consiliaque prudentum exceduntur, despiciuntur ac transgrediuntur, redditur sententia nulla. (Ad quod bene facit capitulum « Inter ceteras », et capitulum primum, *De sententia et re judicata*) (2).

Quippe et pretereundum non est, quod in hiis sententiis, presertim in ultima, error intollerabilis seu inexcusabilis reperitur.

Primo, in hoc quod fuit pronunciata excommunicata, cum tamen per informaciones constet quod eodem mane et parum ante horam judicii, de expressa illorum judicancium licencia, devotissime perceperat sacramenta penitencie et eucharistie, et hoc ad suimet instanciam et requisicionem: que duo manifeste repugnant et errorem evidentem continent.

Secundo, quia judicialiter decreverant eam omni gracia et communione seu omni sacramentorum perceptione privandam, (3) (ut patet in registro, folio cxvj^o); et hoc contra piam et providam juris disposicionem, (ut in c. « Super eo », *De hereticis*, libro vj^o). Et videantur notata per Henricum Bohyc (in c. « Si adversus »), dicentem quod nunquam denegatur audiencia in foro interiori seu consciencie, (per c. « Quemadmodum », in fine, *De Jurejurando*; C. *De summa Trinitate*, « Inter claras »; cum similibus) (4).

Tercio, quia non constat per sententiam vel alias, quod a pretensa illa excommunicacionis sententia eam absolverint; quod est contra equitatem et expresse contra stillum inquisitoribus traditum et semper observatum, quoniam qui potestati seculari relinquuntur mo-

(1) Le chapitre « Statuta » qui est le vingtième du second titre, au V^e livre du *Sexte* (p. 644), contient les prescriptions relatives à la communication des pièces aux consultants. — Il en est de même dans le canon « Estote » qui est le cent-dix-neuvième de la question première, cause I, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 703). La glose de Jean André, à l'endroit allégué par Bréhal, contient là-dessus de nombreuses annotations.

(2) Ces deux chapitres, empruntés au titre xxvii du second livre des *Décrétales*, déclarent expressément la nullité d'une sentence manifestement injuste: chap. ix « Inter caeteras » (p. 880); et alors même qu'elle n'est pas frappée d'appel: chap. v « Sententia »; (p. 376).

(3) Avant de procéder à la lecture de la 3^e sentence, Cauchon manifesta publiquement que telle était bien son intention, car il déclara que Jeanne était indigne de recevoir les sacrements: « et obstinatam, incorrigibilem et hæreticam, ac in hæresim relapsam, omni gratia et communione per nos in priori sententia misericorditer oblatis, penitus indignam. » (Quich. tom. I, p. 471.)

(4) Le chapitre « Super eo », quatrième du titre II, au cinquième livre du *Sexte* (p. 616), renferme une disposition très précise au sujet de l'administration des sacrements aux hérétiques condamnés comme tels, qui manifestent leur humble repentir.

Bréhal renvoie aussi au passage de Henri Boich qui a été allégué plus haut.

Le chapitre « Si adversus » est le onzième du titre VII, au V^e livre des *Décrétales*; (p. 1676).

Le chapitre « Quemadmodum » est le vingt-cinquième du titre xxiv *De juramento*, (le greffier a écrit *De jurejurando*), au second livre des *Décrétales*; (pp. 817-820).

Enfin au premier livre du *Code* se trouve une loi « Inter claras », huitième du premier titre *De summa Trinitate et fide catholica*; (p. 9) C'est une lettre du pape à l'empereur Justinien, vers la fin de laquelle (p. 12) on lit: « quia gremium suum nunquam redeuntibus claudit Ecclesia ».

nentur suaviter ac instanter, ut absolucionis beneficium requirant, quibus petentibus publice impartitur: et hoc quidem sentencie tenor exprimere debet (1). Sed ex supradictis verbis luculenter constat, cum videlicet dicunt ac decernunt eam omni gracia et communione privandam, quod decreverant omnino sibi non conferre hoc absolucionis beneficium, ymo et neque offerre; quod quidem non solum evidentis erroris, sed et crudelitatis extreme fuit ostensivum.

Quarto, declarant et pronunciant eam hereticam; quod sane, premissis actentis, omnino falsum est, cum semper catholica et fidelis, non solum populari seu publica estimacione, sed etiam multiplici, longa atque districta circa eam facta examinacione, reperta fuerit. Preterea confitentes seu protestantes fidem non sunt heretici reputandi, ymo etiam neque redeunt ad fidem, quia non sunt tales: (ut c. « Hec est fides », xxiiij, q. j; et q. ultima, « Dixit apostolus », et c. « Qui in ecclesia ») (2). Ideo evidentem errorem in hoc continet prefata sententia. Unde summopere cavendum est, ne illi qui fuerunt heretici aliquando tales in sententia pronuncientur, quia nec est modus pronunciandi sic in jure: (ut in sua *Consultacione ad inquisitores* tradit dominus Guido Fulcodii, qui fuit postmodum papa Clemens quartus. Et hoc notat Archidiaconus (in c. « Ut commissi », *De hereticis*, libro vj^o) (3). Quanto minus ergo vel actu esse tales censendi aut judicandi sunt, qui fideles semper existentes aut ad fidem redeunt eam devote profitentur.

Denique et quinto, errorem ideo continet quia post crebras, publicas atque legitimas recusaciones lata fuit; de quo satis premissum est.

Unde ex hiis patet error non solum probabilis, (juxta c. « Fraternalitatis », *De frigidis et maleficiatis*), sed etiam intollerabilis, (secundum c. « Per tuas », *De sententia excommunicacionis*) (4); ob quod sententia nulla, vel saltem annullanda, omnino videtur.

(1) La seconde sentence, c'est à dire celle qui suit immédiatement l'abjuration, est la seule qui soit assez conforme aux dispositions du droit sur ce point. Mais la première et la troisième déclarent expressément Jeanne excommuniée, sans contenir aucune parole d'exhortation à se faire absoudre.

(2) Ces trois canons se trouvent dans la cause xxiv, seconde partie du *Décret*: « Haec est fides » est le quatorzième de la question première. (p. 1723); les deux autres sont les vingt-neuvième et trente-et-unième, de la troisième et dernière question; (p. 1769).

(3) Guy le Gros-Fulcodi, né à Saint-Gilles, après avoir été successivement évêque du Puy, archevêque de Narbonne, et cardinal évêque de Sabine, devint pape en 1265 sous le nom de Clément IV. La *Consultation aux inquisiteurs*, dont Bréhal fait ici mention, a pour titre: *Consilium Domini Guidonis Fulcodii de quibusdam dubitabilibus in negotio Inquisitionis*. On la trouve dans le traité de Garena sur le Saint-Office, (p. 326).

La glose de l'Archidiaconus sur le chapitre « Ut commissi », qui est le douzième du titre II, au V^e livre du *Sexte* (p. 631), s'exprime ainsi: « Et hoc nota quod in sententiis ferendis, seu potius penitentiis injungendis, eos qui redire volunt non debet judex pronuntiare hæreticos... quia non sunt tales ». On la trouve aussi dans Nicolas Eymeric: *Directorium*. . . p. 208 n. 18.

(4) Le chapitre « Fraternalitatis » qui est le sixième du titre xv, au quatrième livre des *Décrétales*, (p. 1521), réforme une sentence rendue « per errorem licet probabilem ». Le chapitre « Per tuas », quarantième du titre xxxix, au V^e livre des *Décrétales* (pp. 1910-1913), a trait à une sentence d'excommunication basée sur une erreur intolérable.

Et ita concluditur ex predictis qualitercumque deductis, quod processus quo ad materiam et formam, similiter et sententia contra hanc electam puellam, habiti manifestam injuriam continent; quod pro nostra exiguitate et sub premissis protestacionibus susceperamus declarandum.

Explicit recollectio super difficultatibus circa materiam atque formam ipsius primi processus contra dictam Johannam agitati, et super elucidacione questionum in dicta materia et forma processus incidencium facta per inquisitorem predictum ex ordinacione predictorum dominorum delegatorum et consiliariorum ab eis evocatorum.
